John Adams Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No

*ADAMS
201.8

ΔΗΜΟΣΘΕ

ΛΟΓΟΙ ΕΚΛΕΚΤΟΙ.

DEMOSTHENIS
SELECTÆ ORATIONES.

Ad Codices MSS. recenſuit,

Textum, Scholiasten, & Versionem

plurimis in locis caſtigavit,

Notis inſuper illuſtravit

RICARDUS MOUNTENEY,

Coll. *Regal.* apud Cantabrigienses

haud ita pridem Socius.

PRÆFIGUNTUR

Obſervationes in *Commentarios* vulgò *Ulpianeos:*

ET

Tabula *Antiquæ Græciæ* Demoſtheni accommodata.

Editio Quinta, emendatior.

LONDINI,
Apud J. & F. Rivington, L. Hawes H. Clarke
& R. Collins, & S. Crowder:
ETONÆ,
Apud Jos. Pote, MDCCLXXI.

Adams
201.8
580

ADAMS 201.6

Prænobili & Honoratiſſimo VIRO

ROBERTO WALPOLE

PERISCELIDIS EQUITI,

SCACCARII CANCELLARIO,

ÆRARII

CUM VIRIS SELECTIORIBUS PRÆFECTO,

REGI AB INTIMIS CONSILIIS, *&c.*

CUM Athenis in more eſſet, ut qui illuc Inquilini commigrarent, Patronum ſibi ex Civibus adſciſcerent; Illud erat Demoſtheni ante omnia expetendum, ut ipſe jam Μέτοικος in Principis alicujus Viri fidem atque clientelam, qui ſibi, in Peregrinâ, & Ornamento eſſet & Præſidio, ſe addiceret.

Quem autem impenſiùs cuperet Patronum ſummus Græciæ Orator, quàm ſummum Britannici Senatûs Oratorem? Quem Hiſce Orationibus, pro Patriâ, pro Libertate habitis, tam facilè arriſurum ſperaret, quàm Illum Virum, qui indefeſsâ dudum Vigilantiâ, ac Fortitudine, ſanctiſſima Liberi Populi Jura & tutatus eſt, & tutatur?

Ad Te igitur, Vir Illustrissime, continuò advolat, neque Tibi à teneris ignotus Hoſpes, nec Tui fando Nominis ignarus; Favorem ſibi tuum ac benevolentiam pollicitus, non modò ex ſingulari iſtâ Humanitate, quâ Te facilem ultrò præbes Univerſis, & quaſi invitas adeuntes; ſed ex mirâ etiam inter Vos, tum Ingenii, tum Morum Studiorumque, Similitudine.

Quis enim non videt, in omnibus, quæ vel ad perfectum Oratorem requiruntur, vel Reipublicæ Adminiſtratorem Civibus ſuis carum reddunt, tam eſſe Utroſque cognatione quâdam conjunctos; quàm in aliis, quæ criminari quis forſan poſſit, alienos prorſus eſſe ac diſſimiles? Ita tamen, ut ſi comparatio inſtituatur, multa ſint Alteri propria, quæ in Altero fruſtrà quæras; uberiorque Nobis de Noſtro, quàm de Suo Athenienſibus, gloriandi materia miniſtretur.

Si

Si enim vel Eloquentiæ ſpectetur laus: Quis noſtro, vel Naturæ dotibus, vel Doctrinæ adjumentis inſtructior ad dicendum? Quis tot Solus ac Tanta, in omni Rerum Politicarum genere, ſuſtinuit Negotia? Cui unquam tam felix Sententiarum ac Verborum Copia & Delectus? Cujus Oratio, vel ad Perſuadendum aptior, vel ad Affectus commovendos efficacior, ſi quando, in Cauſis gravioribus, & majoris momenti, præſtituto ad deliberandum die, *perfectum quid Ingenio, elaboratum Induſtria*, afferri oporteat? Sit iſta ſanè communis illi cum Attico Oratore, atque æqualis gloria: vel etiam, ſi placet, modò non longo intervallo, proxima ſit, ac ſecunda. Quod ſi ex improviſo, pro re natâ, Oratione opus ſit, quid tali in tempore Demoſthenes? Ut id quod res eſt fateamur, obmuteſcit. Utpote cui, neſcio an verè, ab æmulis olim Rhetoribus ſit objectum, prolata ab Illo omnia Oleum & Lampada redoluiſſe; ab arte potiùs ac meditatione, quàm à naturâ atque ingenio profecta. Verum enimvero Noſter, Hìc Regnat: quantumque alios aliàs, tantum, in hoc genere dicendi, ſeipſum excellere videtur; omnemque omnium, quanta quanta fuerit, expectationem ſuperare. Quoties accepimus, Inimicos Ejus Paratos Meditatoſque, quæ eſt Conditio laceſſendi ultrò atque inſectandi, ab Imparatiſſimo ſtatim ita

exceptos, ut palàm conſtet, in certamine etſi iniquiſſimè comparato, *nec Diis nec Viribus æquis* congreſſos; & vanam ſibi ac ſuis victoriam pollicitos, præmaturos ante pugnam Triumphos adornâſſe? Quod Acumen, Dii boni! Quæ Celeritas Reſpondendi! Quæ Dexteritas in Petitionibus declinandis! in Criminibus diluendis! Quæ Vis in Spiculis Retorquendis cum Venuſtate quâdam peculiari, atque Urbanitate conjuncta!

Jam verò, ſi Utroſque Rempublicam capeſſentes contemplemur: Quod Athenienſi Voluiſſe glorioſum eſt, Hic Perfecit. Hic Libertatem Patriæ, quam Ille moriens amiſſam conclamavit, conſiliis ſuis ac laboribus ſuo etiam aliquando cum periculo, plus ſemel conſervatam, poſteris incolumem traditurus eſt: Libertatis ita cuſtos, ut fidiſſimus idem ſit & Regi Subditus; diſſociabiles quas credideris res, (quæ tamen amiciſſimè conſpirant) Prærogativam Principis Populique Jura & Privilegia, tam feliciter adtemperans, ut uno eodemque tempore & Civibus in deliciis ſit, nec ultimum intereà favoris locum, apud Principem, non Rerum modò ſed & Hominum Judicem, ſi quis alius, ſubtiliſſimum, promereatur. Difficilis ſanè Provincia! quamque, vix alius reperiatur, obire qui poſſit; nedum Demoſthenes potuiſſet, in Populari Statu eductus,

eductus, Regioque etiam Nomini infenſiſſimus.

Quid? quod Athenienſis, Χρήματα, quæ dixerunt, Στρατιωτικὰ, à majoribus defendendæ Patriæ deſtinata, ut ne aliò diverterentur, in His ſubinde Orationibus contendit? Rectè quidem ac ſapienter: verùm cum nimiâ fortaſſe Cautione & Timiditate: à quibus Noſter tam longe abhorret, quàm à rebus omnibus, propter quas neceſſe ſit timere. Cui non tantùm *Sapere*, ſed *Fari* etiam *quæ ſentiat*, ingenitum eſt: neque Suæ ullò tempore Salutis rationem habere, quoties Ipſius & Rex & Reſpublica Vocem atque Sententiam efflagitant. Qui in Pecuniariis Rationibus ad uſus Reipublicæ excogitandis omnium Hominum verſatiſſimus, ſummâ Fide & Induſtriâ, id curat unice, ut Singulæ quæque Redituum Publicorum Deſcriptiones, eæque variæ ac multiplices, ſanctiſſime obſerventur; & Proventus Omnium integri ad uſus tantùm Publicos erogentur. Præclara certe hæc: Quanto autem id præclarius, ſingulari demum Providentiâ effeciſſe, ut nemo ſit adeò Rei Arithmeticæ imperitus quin videat, atque, etiamſi nolit, agnoſcat, Britanniam, à multis retrò annis propter Cauſas honeſtiſſimas obæratam, tandem aliquando, poſt præfinitum temporis ſpatium, decreſcente indies Ære alieno, à gravi admodum Uſurâ & Creditori-

 bus

bus relevari poſſe, ſuique & Æris & Juris evaſuram? Ita ut non ſolùm præſenti Seculo ſuccurratur, ſed ad ſeram uſque Poſteritatem curarum Ipſius ac conſiliorum fructus pertineant. Hâc laude Noſter ſolidâ fruitur & intactâ; neque in tantæ ſocietatem gloriæ aut Demoſthenes, aut alius quiſquam, æmulum ſe offert aut participem.

Denique ut Comparationis inſtitutæ finis ſit: Cives ſuos *ad arma ceſſantes ad arma* concitâſſe, Græciamque univerſam Mari Terrâque contra Macedona exacuiſſe, ſit forſan in Græco laudabile. At mehercule, non paulo glorioſius eſt in Noſtro, Procellam Patriæ imminentem diſpuliſſe, Bellumque continuò exarſurum reſtinxiſſe, quàm Illi, indefeſſis laboribus, inflammâſſe; Pacemque Patriæ ac Europæ deſideratiſſimam, Fabiana Cunctatione, reſtituiſſe; idque, quod vel maximum eſt, nullo Civium Sanguine, imò Sumptibus etiam Nullis ſi ad bellicas unius tantum anni, ne dicam plurium, expenſas conferantur, id demùm inſtar juſtiſſimi eſt Triumphi.

Hæ Tuæ, Vir Præstantissime, tot tantæque Virtutes Demoſtheni haud mediocrem Dominis Tui ac Patronicii cupiditatem injecere. Editorem quod attinet, verbo dicere ſi liceat, privatæ inſuper rationes me impu-

impulêre, ut ad Te potiſſimùm deferretur hoc qualecunque devinctiſſimæ Obſervantiæ Teſtimonium. Tu etenim celeberrima Henrici Noſtri Domicilia, Etonæ inquam & Cantabrigiæ, non ornas modò, ſed & tueris. Te, cum Fratre Tuo Excellentissimo, totâque ferè poſt Te Walpoliorum Gente, ſub fauſtis iſtis Penetralibus nutritum fuiſſe, adeò nullo unquam tempore pœnituit, ut illorum & Commodis promovendis, & Exiſtimationi ſuſtinendæ augendæque, lubentiſſimè Te admiſceas. Quâ Nos Lætitiâ, quâ & Superbiâ, Nomen Tuum, non modo inter Benefactorum, ſed & inter Alumnorum nomina, recenſemus! Qua Exultatione, Ingentis illius Famæ, quæ Tibi ex Meritis redundat, Partem aliquam ad Nos etiam pertinere gloriamur! Quotuſquiſque enim noſtrûm eſt, qui non, Tuæ erga Nos Noſtraque Benevolentiæ tam claris ſignificationibus confiſus, Te ſibi, quaſi jure quodam ſuo, Vindicet, *Votis* certè *Ominibuſque & Precibus* percupiat Patronum; cum videat non paucos Noſtri olim Gregis, ex Otio atque Umbra, in Celebritatem Hominum, Publicæque vitæ munia, Tua maximè Commendatione ac Favore, evocatos? Id quod pleniùs & meliùs intellexiſti, ex Χαριςηρίῳ Tibi dudum, cum unanimi omnium conſenſu, à Nobis oblato. Mihi certe *Hoc erat in Votis*, ut privatis omnium mea

mea Vox Publice accedat: qua Ego præcipue cauſa adductus, occaſionem nec invitus arripui, declarandi me cum ſumma Obſervantia, & devotiſſimo animi Affectu,

VIR PRÆNOBILIS,

Dignitatis Tuæ

Cultorem Obſequentiſſimum

Humillmumque

RICARDUM MOUNTENEY.

LECTORI
S.

ΔΕΙΝΟΤΗΤΑ *illam celebrem Demoſthenis cum omnes tam veteres quam recentiores uno ore deprædicarent, dolendum mihi ſæpe ſæpius videbatur, quod Adoleſcentes, qui in amorem certe hominis atque admirationem non rapi & accendi non potuerint, ſubſidiis tamen plurimis, quibus ad verborum, ſententiarum, Luminum oratoriorum ſenſus aſſequendos opus omnes haberent, tenuiter admodum, ne dicam infeliciter, inſtructi eſſent. Egregiam quidem in emendando, ediſſerendo, illuſtrando Demoſthene multis abhinc annis operam navârat* HIERONYMUS WOLFIUS. *Quotuſquiſque verò juvenum literatorum his diebus rarum adeo volumen Wolfianum, vel in Bibliopolarum forulis expoſitum offenderet, vel ingens adeò*

perlegere inventum ſuſtineret? Huc accedat, quòd neque ipſa Editio Wolſiana omnibus numeris abſoluta ſit, neque ſuis etiam careat nævis multis atque magnis. Aliquod ſanè huic ut malo remedium adhiberetur, alias alii Demoſthenis Editiones exornârunt, breves herclè ſatis & ſuccinctas, munditiis ſimplicibus, mole non formidandâ. At iſtæ profectò ad voluntates Tyronum magis quàm ad uſus videntur compoſitæ, quippe quæ brevitate iſtâ ſuâ placerent magis quàm prodeſſent, dum interpretationum commentariorumque lucem omnem refugerent, quammaximè licet neceſſariam. Hæc cum ita ſe haberent, equidem aliam mihi in edendo Demoſthene inſiſtendam eſſe viam judicavi, qua nimirum id efficerem rudioribus, ut dulci utile quoque feliciùs admiſceretur. Eum itaque in finem, paucas tantùm orationes ex pluribus juventuti eruditæ ſiſto, ea præſtantia, ea mole, ut & vi ſua delectationem ardoremque ſummum lectoribus commovere poſſint, neque ullum intereà prolixitate laborem aut nauſeam. Curavi inſuper, uti Textus ipſe unà cum antiquo Scholiaſte prodiret editis longè, uti ſpero, emendatior; monito interim ſemper lectore, ubicunque a Morelliana Editione, quam præcipuè expreſſi, vel leviſſimè diſceſſum eſt. MStis uſus ſum,

uno

uno olim Clariſſimi Illius Isaaci Vossii, *nunc Leydenſi, ſignato* Voss. *& duobus Bibliothecæ Bodleianæ, uno* Gulielmi Laudi, *altero* Barrocciano: *adjectis etiam aliquot lectionibus, ex iis quas tum codici ſuo Pithœus, tum editionis ſuæ margini ex novem MStis a Morellio collatis not. α. β. γ. &c. Benenatus adſcripſerat. Verſionem ſecutus ſum ferè Wolſianam, eo nomine cæteris jure præferendam, quòd, cum certè magis fida eſſet, licet minus elegans, imperitiorum uſibus commodiſſime omnium inſerviret. Poſtremo adhibui hinc inde eruditiſſimas* Tourrelli *Annotationes, ex Gallicis Latinas; alias etiam ex Wolſio deſumptas, additas inſuper quæ utriſque addenda cenſui. Præeunte eodem Tourrello, vulgarem orationem ordinem accuratius ad rationes Chronologicas immutavi, rebus ipſis atque argumentis victus quàm evidentiſſimis. Hæc ſunt ferme, de quibus a me in hac editione noſtra præſtitis monendum te eſſe duxi.*

Præter *illa verò acceſſit ei Incrementum haud exiguum,* Obſervationes *Criticæ in Commentarios vulgò* Ulpianeos, *quas mecum communicavit eruditus admodùm Vir, mihique*

que amiciſſimus, JOHANNES CHAPMAN, *noſtri Collegii Socius. Cujus humanitati atque diligentiæ alia etiam non pauca lubentiſſime accepta referri velim.*

NIHIL *jam reſtat niſi ut eam ex te benevolentiam mihi exorem, qua bonis, ſi quæ ſunt, amice faveas, errata benignus condones.* Vale.

Anno MDCCXXXI.

OBSERVATIONES IN COMMENTARIOS

Vulgò *ULPIANEOS.*

ANNI jam elapſi ſunt ducenti circitèr & triginta, ex quo primùm in lucem prodi-êre ſub Aldi curis & auſpiciis Commentarii in Demoſthenis orationes octodecim Ulpiani nomen præferentes. Ex eo, alios atque alios Editores ac Patronos ſubinde nacti magnam ſibi ad hodiernum uſque diem apud Eruditos Famam & Auctoritatem obtinuerunt. Intereà tamen, quamvis Ulpiano eorum pleraque tribuerunt, nonnulla interpolatoris manum referentia facile animadverterunt Critici; id utique ex voculis, Αλλως, ἐπὶ τὸ αὐτὸ & ſimilibus luce clarius conſtabat. His verò exulantibus, cætera pro genuino Rhetoris fœtu amplectebantur; aut ſi quædam quaſi minùs pulchra reſpuerent, vix ullo tamen hoc aut ne vix quidem argumento fulti. Ita igitur Res erat, atque etiamnum eſt. Aliqua hinc inde per Enarratorem noſtrum reprehendunt Caſaubonus, Valeſius, alii, obiter & deſultorie; ad plenum verò & accuratius examen nemo hactenus eum, quod ſciam, ne Clariſſimus quidem Fabricius revocavit. Liceat itaque mihi paucula quædam, quæ Commentariis hiſce paulò diligentiùs excuſſis obſervaveram, erudito Lectori expendenda ſubjicere.

§ 1. PRIMO igitur diſquirendum eſt, Enarrator iſte Quis fuerit, Quæ illi Patria, Quod ſtudium,

dium, Quibus indiciis externiſque quæ vocantur Teſtimoniis Ulpiani Rhetoris nomen & Perſonam induit? Præfationis ipſius titulus ita concipitur apud Hieronymum Wolfium ex Codicibus MSS. Οὐλπιανοῦ Ῥήτορος προλεγόμενα εἰς τοὺς Δημοσθένους Ὀλυνθιακοὺς καὶ Φιλιππικοὺς λόγους. Antiochenum illum veterem, ut opinor, deſignat; illum ſcilicet haberi ſe voluit; celebrem enim quendam & ſatis notum illud Ῥήτορος innuit, quod Ulpiano nulli magìs quam Antiocheno convenit. Atqui nondum liquet vel hunc vel alium quemvis Ulpianum commentarios unquam in Demoſthenum ſcripſiſſe. Quatuor Ulpianos memorat Suidas. Ex his duorum opera recenſet. De commentariis ne hilum quidem. En ejus verba: Οὐλπιανὸς, Ἐμεσηνὸς, Σοφιστής. Περὶ πατρίδος Ἐμέσης, Ἡλιουπόλεως, Βοσποριανῶν (vel Βοσπορίτων, ut legendum maluit *Kuſterus*) καὶ ἄλλων πλείστων. Προγυμνάσματα. τέχνην Ῥητορικήν. Deinde de noſtro. Οὐλπιανὸς, Ἀντιοχεὺς τῆς Συρίας, Σοφιστὴς, παιδεύσας πρότερον εἰς Ἔμεσαν, ἐν τοῖς κατὰ τὸν Βασιλέα Κωνσταντῖνον χρόνοις. Λόγους διαφόρους. Μελέτας. Διαλέξεις καὶ ἄλλα τινά. Alios duos quidem nominat, ſcripta eorum nulla tradidit. Unde ſuſpicari ſaltem licet, Suidam nullus iſtiuſmodi ἐξηγήσεις aut vidiſſe aut inaudiviſſe, alioqui certè vix opus tam inſigne præteriturum. Kuſterus quidem ad hunc Suidæ locum hæc habet; *Hic etiam fuerit* Ulpianus, *cujus hodie adhuc in quaſdam Orationes Demoſthenis extant Commentarii*, de Antiocheno loquens. Ex conjecturâ verò magìs quam rei cognitione Virum Eruditiſſimum iſta dixiſſe crediderim. Wolfius contra ſe planè quis fuerit hic Ulpianus ignorare profitetur, cum apud veteres tum Suidam tum alios altum ſit de Commentariis Ulpianeis ſilentium. Quare cum teſtes ſatis idoneos Enarrator iſte

iſte pro ſe nullos proferat; ipſum jam introſpiciamus, ſicubi ad finem uſque, Qualis ab incepto proceſſerit, ſibi conſtiterit, Sophiſtæque veteris partes cautè callidèque peregerit.

§ 2. CÆTERUM, cum hìc ſumus, aliqua priùs, ipſius methodi ratione ità quodammodo poſtulante, de Ulpiano Rhetore Antiocheno, præfationis vice, ſunt præmittenda. Is patriâ fuit Antiochenus, profeſſione ſophiſta, Scholam Rhetoricam habuit primùm Emeſæ, poſtea Antiochiæ, ἐν τοῖς μετὰ τὸν Βασιλέα Κωνσταντῖνον χρόνοις, inquit Suidas, ambiguo ſane ſenſu, cum dictu difficile ſit utrùm hæc ad παιδεύσας referantur, an ad tempora quibus inclaruit: verùm ut ut hæc ſint, haud ſatis accurate Suidas hæc deſcripſit. Videor enim mihi ex Eunapio Sardiano collegiſſe, eum ante Conſtantini tempora etiam Antiochiæ publice Rhetoricam docuiſſe, multò magis Emeſæ. Is in Vitâ Proæreſii Sophiſtæ hæc habet: Νέον δὲ αὐτὸν ἐξ Ἀρμενίας ἀναστήσαντος δαίμονος, καὶ πρὸς τὴν Ἀντιόχειαν διαβάλλοντος, οὐ γὰρ ἐπεθύμησεν εὐθὺς τῶν Ἀθηνῶν, ἥ τε ἔνδεια παρελύπει τῶν χρημάτων (γεγονὼς γὰρ ἄνωθεν καλῶς, τοῦτο ἠτύχει) καὶ πρὸς τὸν Οὐλπιανὸν κρατοῦντα τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ λόγοις ὠσθεὶς &c. Ita ſecundum Interpretem: *Fors Fortuna compulit illum in juvenili ætate Armeniâ excedere, atque Antiochiam tranſtulit, nam Athenas recta non appetiit quòd rei pecuniariæ inopiâ* [potiùs, *copiâ*] *deſtitutus fuerit (eâ in re infelix, honeſto alioqui loco natus:) Ubi ad Ulpianum rhetoricæ artis profeſſione nobilem divertens*, &c. Iterum ſub Vitæ ejuſdem initium: Διέβαλε μὲν γὰρ ὁ ταῦτα συντιθεὶς ἐξ Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην καὶ Ἀθήνας, τελῶν εἰς ἕκτον καὶ δέκατον ἔτος. —— ὁ δὲ Προαιρέσιος προεληλύθει μὲν ἐπὶ τὸ ἕβδομον ἐπὶ τοῖς ὀγδοήκοντα ἔτεσιν, ὡς αὐτὸς ἔλεγεν. Intetpres: *Is ſcriptor* [potiùs, *Qui hæc ſcribit*] *ex Aſia in Europam transjecerat, &*

 circa

circa decimum ſextum ætatis annum Athenas appulerat —— *Tum verò Proæreſius ad ſeptimum ſupra octogeſimum annum acceſſerat, ut ipſe prædicabat.* Et ſub fin. ὁ δὲ συγγραφεὺς κατὰ τουτονὶ τὸν χρόνον εἰς ἕκτον που καὶ δέκατον ἔτος τελῶν παρῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τοῖς ὁμιληταῖς ἐγκατεμίγη. Interp. *Eâ tempeſtate ſcriptor* [potiùs *hujus operis ſcriptor*] *decimum ſextum circitèr annum ingreſſus Athenas pervenit ac diſcipulorum numero aſcriptus* [*fuit.*] Loquitur hìc de temporibus Juliani imperatoris. Ex his locis inter ſeſe collatis ita argumentandum eſſe duxi. Conſtat Eunapium noſtrum (ut cuivis ipſum inſpicienti patebit) ex his ipſius verbis ad Proæreſium ſe contuliſſe, imperante Juliano. Hoc vero contigit ſecundum Hieronymum in Chronico circa an. Chr. CCCLXIII. Eodem tempore Proæreſius, ut idem ſcribit, ad octogeſimum ſeptimum ætatis annum pervenerat. Proæreſius igitur ad Ulpianum devenerat ſeptuaginta circiter ante annos juvenis admodùm, annum agens puta decimum ſeptimum (raro enim, aut nunquam, ſeriùs ad Rhetorices Magiſtros deferebantur diſcipuli) i. e. circa ann. Dom. CCXCIII. Ergo jam diu ante Conſtantini tempora Antiochiæ floruit Ulpianus, quum ille Imperium auſpicatus ſit anno tandem CCCVI.

§ 3. UNUM adhuc reſtat diſcutiendum, quod primâ fronte calculos noſtros perturbare videtur & labefactare; id ſc. quod ſcribit Eunapius noſter in Excerptis Græcis περὶ Πρεσβείων. Μετὰ τὴν Ἰουλιανοῦ τῆς βασιλείας ἀναγόρευσιν πρεσβεῖαι πανταχόθεν συνέβαινον. — Λυδοὶ δὲ καὶ τύχης κρεῖττον ἔπραττον Εὐναπίου μὲν τοῦ Ῥήτορος ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβεύοντος, Εὐημερήσαντος δὲ ὅτῳ κατὰ τὴν πρεσβείαν, &c. Quæ ſic reddo: *Juliano imperatore declarato, Legationes undique confluxerunt.* —— *Lydi vero majora*

jora etiam, quam optarent, impetraverunt, Eunapio Rhetore pro ipſis Legationem obeunte; qui tam feliciter etiam in legatione ſucceſſerat, &c. At ſi, dixerit aliquis, imperante Juliano Eunapius Rhetor legationem obiit, quomodo annum agere decimum ſextum his temporibus dicitur, eo munere ætatem certè provectiorem poſtulante? Aliquam hìc ſubeſſe difficultatem neutiquam diffitendum eſt. Facilè tamen omnis ſolvitur, præeunte Fabricio Lib. v. Bibliothec. Græc. Cap. 5. Ubi diſſerit in hanc ſententiam: *Editio Commeliniana* (Eunapii ſc.) *recuſa eſt Coloniæ Allobrogum ſive Genevæ* MDCXVI. *Atque Excerpta de Legationibus ex Hiſtoria Eunapiana Græcè ſubjuncta habet ex eodem Schotti Codice. Ex his conſtat Eunapium Rhetorem a Lydis miſſum eſſe legatum ad Julianum Imperatorem pag.* 17. *ſeqq. Edit. Par. Et quum legatione cum magno ſucceſſu functus eſſet, juſſum à Juliano cauſam agere adverſus potentem adverſarium, idque feciſſe cum laude, & judicibus perſuaſiſſe. Diverſus hic videtur a noſtro & ætate prior, idemque forte cum Eunapio* τῶ ἐκ Φρυγίας *Rhetore, cujus meminit Suidas in* Μεσώνιος. Hæc Fabricius Vir doctiſſimus. Cujus conjecturam non modò vehementer probo, verum etiam certiſſimam & veriſſimam eſſe demonſtraturum prope me confido. Audiamus modò Eunapium in Vitâ Proæreſii ſub fin. Ἰελιανῦ δὲ βασιλεύοντος τόπων τῦ παιδεύειν ἐξειργόμενος, ἐδόκει γὰρ εἶναι Χριςιανὸς, ζωορῶν τὸν ἱεροφάντην ὥσπερ Δελφικόν τινα τρίποδα πρὸς τὴν τῦ μέλλοντος πρόνοιαν πᾶσι τοῖς δεομένοις ἀνακείμενον, ζοφίᾳ τινὶ περιῆλθε ξένῃ τὴν πρόγνωσιν· ἐμέτρει μὲν γὰρ ὁ Βασιλεὺς τὴν γῆν τοῖς Ἕλλησιν εἰς τὸν φόρον, ὅπως μὴ βαρύνοιντο. Ὁ δὲ Προαιρέσιος ἠξίωσεν αὐτὸν ἐκμαθεῖν περὶ [lege, παρὰ] τῶν θεῶν, εἰ βέβαια μένει τὰ τῆς φιλανθρωπίας· ὡς δὲ ἀπέφησεν, ὁ μὲν ἔγνω τὸ πραχθηζόμενον,

σύμμετρον, καὶ ἦν εὐθυμότερος. Ὁ δὲ συγγραφεὺς κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον εἰς ἕκτον που καὶ δέκατον ἔτος τελῶν, παρῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τοῖς ὁμιληταῖς ἐγκατεμίγη. Καὶ ἀγαπηθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ καθάπερ παῖς γνήσιος· [Punctum in Edit. ad γνήσιος poſitum eſt omninò tollendum] Ἠπείγετο μὲν μετὰ πέμπτον ἔτος εἰς τὴν Αἴγυπτον. Οἱ δὲ πατέρες καλοῦντες ἐπὶ Λυδίας ἐξεβιάσατο. [Leg. ἐξεβιάσαντο. Interpres: *Idem Juliano imperante excluſus a docendi munere quod Chriſtianus haberetur, cernens* [potiùs *cum cerneret*] *Hierophantem tanquam Delphicum Tripodem omnibus futura præſcire optantibus eſſe* [abundat *eſſe*] *expoſitum, mira quadam & nova arte cognitionem ejuſce rei fraudulenter intercepit. Imperator namque doctis hominibus agros tributarios & vectigales admetiebatur, ut immunes onerum eſſent. Proæreſius autem obſecravit, uti de* [potiùs *a*] *Diis diſceret, manſurane eſſet conſtans ea liberalitas; illo inficiente, hic quid eventurum eſſet ſpeculatus, animum induit tranquilliorem.* Eâ tempeſtate ſcriptor [potiùs *hujus Operis Scriptor*] *decimum ſextum circiter annum ingreſſus Athenas pervenit, ac diſcipulorum numero adſcriptus & vice filii adamatus fuit: Qui exacto demum quinto poſt anno Ægyptum verſus properabat, ſed a Parentibus ipſum in Lydiam revocantibus redire compulſus eſt.* Quomodo igitur cum Athenis eſſet, bonis literis operam navans, Juvenis adhuc & Tyrunculus, pro Lydis ad Julianum eodem tempore legationem obierit? Videamus jam quæ de Eunapio Suidas habet in Muſonio. Μουσώνιος. Ἐπὶ Ἰοβιανοῦ ἦν βασιλέως· πάντα ὅσα ἦν ἄριστα &c. Deinde ſub fin. ἐπεκάλει δὲ οὐδεὶς ἄδικον οὐδὲν τοῖς γινομένοις. Ἀλλὰ παιδιά τις ἦν ἅπασι τοῖς καταβάλλουσι τὰ εἰσφερόμενα. Εὐνάπιος γὰρ ὁ ἐκ Φρυγίας Ῥήτωρ ἐπεστάτει τοῖς πραττομένοις. Portus: *Muſonius. Hic ſub Imperatore Joviano vixit. Quæcunque verò optima erant, &c. — Nullus*

verò

verò de rebus illis quæ fiebant, ut injuſtis quærebatur; ſed illa quæ tributorum cauſa conferebantur, omnibus qui ea pendebant ludus quidam erat. Eunapius enim Phrygius Orator negotio illi præerat. Atqui Jovianus imperavit poſt Julianum octo tantum menſes. Quomodo igitur Eunapius noſter qui ab Imperio Juliani (quod ipſum fuit unius tantum anni) per annos quinque continuos Athenis commoratus eſt libris & ſtudiis incumbens, intra annos duos ab eodem Imperio Rationalis officium quoddam in Aſiâ geſſerit? Hæc ſunt quæ me, ut Clariſſimi Fabricii ſententiæ lubens accederem, impulerunt. Et miror ſane neque Philippum Labbæum in præclarâ ſuâ Scriptorum Byzantinorum Editione, ubi hæc ipſa excerpta de Legationibus Eunapiana recudit ac recenſuit, neque Carolum Cantoclarum, neque Henricum Valeſium, qui Annotationes ad excerpta ſcripſerunt, iſtiuſmodi quicquam adnotâſſe, ullam moviſſe vel habuiſſe quæſtionem ſuſpicionemve. Atqui his de Ulpiano illo præmiſſis, quæ in cæteris perſequendis uſui forte veniant, tranſeamus ad reliqua.

§ 4. ENARRATOR noſter in Prolegomenis ſuis perſtringit Zenonem quendam his verbis: οὐ γὰρ ὑπολαμβάνειν ἀντίθεσιν δεῖ τὴν ἔννοιαν ἀπὸ γνώμης τοῦ Φιλίππου, ὥσπερ ὁ Ζήνων εὐήθως ὑπείληφεν, &c. Eundem etiam laudat in Philippic. quartam ſub init. καὶ Ζήνων ὁ πολυθρύλλητος, &c. Ad locum priorem hæc adnotat Wolfius: *Zenonem* neſcio quem, *(non utique illum ſectæ Stoicæ Principem) ſtultitiæ arguit Ulpianus*, &c. At Suidas eum meliùs certe noverat: Ζήνων Κιτιεύς. Εἰ δὲ ῥήτωρ τις ἦν ἢ φιλόσοφος, ἄδηλον. Ἔγραψε περὶ Στάσεων. περὶ Σχημάτων. Ὑπόμνημα εἰς Ξενοφῶντα. εἰς Λυσίαν. εἰς Δημοσθένην. περὶ Ἐπιχειρημάτων. Hic ipſe eſt, ni fallor, quem innuit Ulpianus. De

hoc Zenone loquitur, ut opinor, Eunapius in Vitis Sophiſtarum: Ἰατροὶ δὲ κατὰ τούτους ἤκμαζον τοὺς χρόνους Ζήνων τε ὁ Κύπριος, διδασκαλίαν τε πολυύμνητον συστησάμενος· ἀλλ᾽ ἐπέβαλε τοῖς χρόνοις Ἰουλιανῷ τῷ σοφιστῇ καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον κατὰ τοὺς Προαιρεσίου χρόνους οἱ διάδοχοι Ζήνωνος, ἄμφω δὲ ὁ Ζήνων ἐξήσκητο ΛΕΓΕΙΝ ΤΕ καὶ ποιεῖν Ἰατρικήν. Interpres: *Eo temporum tractu complures floruerunt Medici, inter quos Zenon Cyprius doctrina celebri clarus, attigit* [potiùs, *incidit in*] *tempora Juliani Sophiſtæ & poſt illum Proæreſii qui Zenoni ſucceſſerunt. Hic utrumque profitebatur & factitabat medicinam* [melius fortaſſe, *Hic in utroque ſe exercuit, & dicendo & facienda medicina*, i. e. *tam* Rhetorices *quam Medicinæ ſcientia*] Neque mirum hoc, ſi a Suidâ dicatur Κιτιεὺς, ab Eunapio Κύπριος· nam Citium urbs eſt Cypri. Plinius, Lib. v. Cap. 35. inter oppida Cypri numerat etiam Citium. Hieronymus, vir longè doctiſſimus, in Eſaiam Lib. v. Cap. 23. *Uſque hodiè eſt apud eos* (Cyprios) *Urbs Citium, de qua et Zeno Stoicæ ſectæ hereſiarches fuit.* Ipſe Suidas alibi: Κιτιεύς. ἀπὸ τόπου. Κίτιον γὰρ πόλις Κύπρου. ἔνθεν καὶ Ζήνων ὁ Κιτιεύς. Hunc Eunapius refert ad Juliani tempora; præceſſerat enim Vita Nymphidiani, quem ab Epiſtolis fuiſſe Juliano dixerat, cui ſubjungit Zenonem, eumque κατὰ τούτους τοὺς χρόνους floruiſſe ſcribit. Huic etiam Zenoni, ut videtur, inſcripſit Epiſtolam Julianus imperator numero 45: eidem Libanius Sophiſta in verſione Zambicarii 3. 18. notante Fabricio, mihi enim hunc Librum videre non contigit. His accedat inſigne teſtimonium Sulpitii Victoris in Oratoriis Inſtitutionibus ad Silonem generum his verbis in Præfat. *Contuli in ordinem ea quæ ferè de oratoria arte traduntur ſecundum inſtitutum* Magiſtrorum meorum, Zenonis *præcepta maximè perſecutus.* Iterum:

rum: *Hic erat ordo reverà, ut de ſtatibus protinùs traderemus, ſi non eſſet à* Zenonis *veſtigiis recedendum.* Alibi pag. 262. *Hoc, ſi apud* Zenonem *depoſitum eſt, mihi tamen thema hujus controverſiæ non placet.* Ibid. *Nam hanc* Zeno *tranſlationem facit, nonnulli præſcriptionem.* Et, paucis interjectis: Zeno *præſcriptivas ait Cauſas ſcripti et voluntatis eſſe: metalepſin autem tranſlationem facit.* In primo loco manifeſte Zenonem inter Magiſtros ſuos numerat. Hic eſt autem ille Victor, cujus meminit Rufinus de Compoſitione & Metris Orat. *Ut Cicero dicit, iſti ſcripſerunt apud Græcos, Thraſymachus, Naucrates, Gorgias, Ephorus, Iſocrates, Theodectes, Ariſtoteles, Theodorus Byzantius, Theophraſtus, Hieronymus. Latinè de numeris hi, Cicero, Victorinus, Euſebius, Terentianus, Varro, Probus, Chariſius, Diomedes, Quinctilianus, Donatus, Victor, Servius,* vel *Servius, Victor,* ſicut edidit Putſchius. Victor, ut videtur, ſub finem ſeculi quarti vel ineunte quinto, Victorino & Servio fortaſſe ſuppar, floruit *. Claruerit igitur Zeno

* De Sulpitio Victore, quando res & tempus ita ferent, non poſſum non monere paucis Lectorem, eum inter Rhetores antiquos ex Pithœi Bibliotheca collectos minus recte poſt Curium Fortunatianum tanquam eo recentiorem collocari. Crediderunt quidem Viri docti Curium Fortunatianum Rhetorem, cujus extant hodie de Rhetorica Libri tres, fuiſſe etiam Hiſtoricum, illum ipſum cujus meminit Julius Capitolinus in *Maximo & Balbino.* Ita Gerardus Johannes Voſſius de Hiſtor. Lat. Lib. ii. Cap. 3. Et nuper ex eo Præſtantiſſimus Fabricius in Bibliotheca ſua Latina, Lib. iv. Cap. 8. Sect. 4. Verum falluntur certe, uti conſtat ex Aurelii Caſſiodori Libro de Rhetorica. Ille poſtquam de Cicerone, Quinctiliano, Mario etiam Victorino, verba feciſſet, hæc ſubjungit: *Fortunatianum vero Doctorem* Novellum, *qui tribus Voluminibus de hac re ſubtiliter minuteque tractavit, in pugillari Codice apte forſitan congruenterque redigimus; ut & faſtidium Lectori tollat, & quæ ſunt neceſſaria, competenter inſinuet; hunc legat, quiſquis brevitatis Amator eſt.* Hinc colligere vix dubitem

circa ann. CCCL. imo CCCXL. Hoc, ut maturiſſimè innotuerit. Quod, ſi ita ſit, vix ſanè videtur veriſimile, eum laudari potuiſſe ab Ulpiano Antiocheno, qui Antiochiæ docuit quadraginta ſeptem ante annos, ſcilicet A. D. CCXCIII. Certe πολυθρύλλητον dicere non potuit, cum ea vox antiquiorem & pervulgati Nominis Virum denotaret.

§ 5. Idem in Commentariis ad hæc verba in Orat. contra Timocratem, *ὥςε ἔμοιγε δοκεῖ (καὶ γὰρ, εἰ φορτικώτερον εἶναι τὸ ῥηθησόμενον δόξει, λέξω καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι κατὰ τοῦτό γ' αὐτὸ ἄξιον αὐτὸν εἶναι θανάτῳ ζημιῶσαι, ἵνα ἐν ᾅδε τοῖς ἀσεβέσι θῇ τοῦτον τὸν νόμον,* &c. illa ſubjicit: *Οἷον τοὺς περὶ τὸν Τάνταλον καὶ τὸν Τιτυὸν, καὶ τὸν Ἰξίονα. Ἐπειδὴ οὖν ᾔδετο ὡς ὅτι τὰ τοιαῦτα τολμηρὰ ποιητικῆς μᾶλλόν ἐςιν, ἀλλ' οὐ ῥητορικῆς, ὥσπερ συγνώμην ᾔτησεν εἰπὼν, καὶ γὰρ εἰ φορτικώτερόν ἐςιν, ἀνέκτον, ὡς φησιν Ἀθανάσιος.* Ex

Fortunatianum Rhetorem Hiſtorico altero multo fuiſſe recentiorem & a Caſſiodori temporibus haud longe remotum. Neutiquam enim Caſſiodorus Hiſtoricum, qui ante Conſtantini M. ætatem ſua ſcriptis mandabat, i. e. annos ante ſe (qui ineunte ſæculo ſexto vixit) ad minimum ducentos, *Doctorem Novellum* appellaſſet; præſertim cum Mario Victorino iſtiuſmodi nomen non tribuerit, qui poſt ipſum Fortunatianum Hiſtoricum floruit. Hinc porro ſuſpicari licet, Libros Fortunatiani de Rhetoricâ quos nunc habemus, non extare hodieque quales ipſe eos edidit Fortunatianus, verum quales ex Epitome ſua dedit Caſſiodorus. Neque ſane mirandum adeo eſt, Viros tantos tam inſigniter errare potuiſſe. Lapſi ſunt enim ſimiliter interdum Viri etiam Maximi. Exemplo ſint Iſaacus ille Caſaubonus, & Salmaſius illuſtriſſimus. Hic in Prolegomenis ad Solinum, Priſcianum Grammaticum ſub Juliano Imperatore floruiſſe dicit; cum tamen certo ſit certius eum ſub Juſtiniano vixiſſe; anachroniſmo annorum CLX. Alter ille, in Notis ad Athenæum Lib. 1. Cap. 5. Rufinum Aquileienſem Epiſcopum vocat, cum tamen eum Epiſcopalem Infulam nunquam attigiſſe pateat ex Gennadio Maſſilienſi.

verſione

verſione Wolfii: *Veluti Tantalo, Tityo, Ixioni. Quia verò ſentit talia commenta poeticæ audaciæ eſſe magis quam Rhetoricæ artis, quaſi veniam petit his verbis: Etſi oneroſius eſt,* [*ſit*] *hoc eſt, ſtolidum, ut inquit* Athanaſius. Hic locus genuinus eſt, ſi quis alius; nullæ Lectionum varietates, nullum ἄλλως ἐπὶ τὸ αὐτὸ, & cætera id genus; nulla manûs interpolatricis vola vel veſtigium, omnia plana, aperta, ſincera. Atque id quidem confitente Wolfio; nullam enim hìc, ut alibi ſæpe ſæpius, virgulam cenſoriam admovet. Atqui hæc non modò non ab Ulpiano Antiocheno, verum ne ab eorum quopiam qui a Suidâ laudantur proficiſci potuerint, quum illi omnes ſophiſtæ ſint Ethnici, hìc verò Ethnicæ Fabulæ ipſis Epiſcopi Chriſtiani verbis explodantur. Reſpexit enim proculdubio Enarrator ad Athanaſii vel orationem pulcherrimam contra Gentes, vel ad alteram de Verbi Incarnatione λογικωτάτην ſimul & nitidiſſimam.

§ 6. Neque locus hic eſt unicus, qui Chriſtianum ſapit. Ecce alium in Comm. ad Olynthiacam ſecundam, ſub exordium ipſum: Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] Δεύτερος τόπος τῶν ἐξ ὑποδιαιρέσεως προοιμίων· ἐξ ἀορίστου ἢ προλήψεως τὸ σχῆμα τοῦ λόγου· εἰρηκὼς γὰρ τὸ, ἐπὶ πολλῶν, ἀόριστον, ἐπήγαγεν ὡρισμένον τὸ περὶ τῶν Ὀλυνθίων· ὅμοιον τούτῳ τὸ εἰς τὸν ἅγιον Βασίλειον τοῦ Θεολόγου προοίμιον. Wolfius: *Cum multis in rebus Athenienſes, perſpici mihi poſſe videtur*] *Secundus locus exordiorum quæ ex ſubdiviſione ducuntur. Orationis autem figura ſumpta eſt ex indefinitæ rei adjunctione,* [legit προσλήψεως, Enarratoris mentem haud ſatis, ut opinor, aſſecutus:] *Cum enim dixerit, In multis, quod indefinitum eſt, ſubjunxit definitum illud de Olynthiis. Simile huic eſt* Theologi *Principium in laudatione* Divi Baſilii. Idem hìc quoque conſenſus tum in Manuſcriptis

tum Editis. Laudatur verò diſertè Gregorii Nazianzeni (is enim eſt Theologus, ut ſatis notum eſt) Oratio funebris in Baſilium. Cujus etiam Procœmium eſt, ut legenti patet, veriſſimè τῆς ἐξ ὑποδιαιρέσεως. Hìc autem tum Tempora tum Studia & Mores ab Ulpiano ſophiſtâ immane quantum diſcrepant. Baſilius poſtquam Eccleſiæ Cæſarienſi Cappadociæ octo annos præſederat, moritur tandem imperante Gratiano, teſte Hieronymo in Catalogo, Suidâ in voc. Βασίλειος, & Caveo noſtro in Hiſtoriâ Literariâ, i. e. circa annum CCCLXXVIII. vel CCCLXXIX. Ejus vero Amicus conjunctiſſimus Gregorius Nazianzenus funebrem in ipſum Orationem habuit non niſi longum poſt tempus, adeò ut moræ veniam in Orationis exordio petat his verbis: Εἰ δὲ τοσοῦτον ἀπλώτηκα τοῦ καιροῦ δεύτερος καὶ μετὰ τοσούτους ἐπαινέτας, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τὰ ἐκείνου σεμνύναντας, μηδεὶς θαυμαζέτω. Ἀλλὰ συγγινωσκέτω μοι ἡ θεία ψυχὴ, ἡ πάντ' ἐμοὶ σεβασμίᾳ καὶ νῦν καὶ πρότερον [fortè προσώτερον.] Billius: *Quod ſi multò ſerius quam tempus poſtulabat ac poſt tòt alios, qui res illius privatim publicéque laudibus ornarunt, ad hoc munus acceſſi, nemini mirum videatur. Verum ignoſcat mihi, velim, divina anima mihique & nunc & antea* [fortè *& in futurum*] *veneranda.* Quomodo igitur Ulpianus qui hanc Orationem tot annis præceſſerit, ipſam citaverit? Deinde quis unquam Sophiſta Gentilis Nazianzenum Θεόλογον vel Baſilium ἅγιον appellaverit? Adeò profectò conclamata res videtur, ut Henricus Valeſius in Harpocrationem hæc ſcribere non dubitaret. Pag. 44. Ἀντίθεσις] *Aliter antitheſin ſumit Ulpianus ubique ut legenti patebit: Qui etiam ætate poſterior fuit Harpocratione & Chriſtianus: Nam in Secund. Olynth. laudat Theologi procœmium in Baſilium.* Hactenus rectè. Quæ ſequuntur,

quuntur, pace Viri Maximi dixerim, judicium Valeſii deſiderant. *Sed in Ulpiani Scholiis multa a recentioribus ſunt temerè aſſuta, quale et hoc eſſe exiſtimo. Ulpiani Rhetoris meminit Eunapius et Sozomenus, aut ſi quis alius, in Hiſtoria Eccleſiaſtica.* Pro Sozomeno Evagrium, credo, dicere voluit; is enim Ulpiani Antiocheni mentionem facit Hiſt. Eccleſ. Lib. i. Cap. 20. Hunc igitur Ulpianum Valeſius etiam cum Kuſtero Doctiſſimo Commentarios hoſce ſcripſiſſe arbitrabatur. Ad hanc autem Valeſii τῆς ὑπορίας ſolutionem quod attinet, longe longeque abeſt ab arte Criticâ. Nihil enim eſt niſi manifeſta Principii petitio. Siquidem pro conceſſo ſumit, 1mo, Ulpianum in Demoſthenem commentarios ſcripſiſſe, quod nondum conſtat. 2do, Hos commentarios non eſſe ψευδεπιγράφους, verum genuinos, licet interpolatos. Enimverò aſſuta eſſe iis, quæ vocantur ἐξηγήσεις Ulpianeæ, à recentioribus aliquammulta nullus negaverim. Eaque adeò certis quibuſdam notis atque indiciis diſtinguuntur, ut inter omnes convenit. Quædam tamen inter hæc Enarrationes Continuæ & ſeriatìm diſpoſitæ principem quendam locum obtinent, & jure quodam peculiari Ulpiani manum ſibi vendicant. Hìc libenter Criticos rogarem, Bentleium puta hoc nomine jure ſuo celeberrimum, num Codicum MSStorumque titulis atque ἐπιγραφαῖς pronam uſquequaque implicitamque quæ vocantur fidem faciles accommodent, an de Epigraphis ipſis ex iis quæ intùs in Scripto continentur, judicent? Primum illud, probe ſcio, pernegaverit Acutiſſimus & Doctiſſimus ille Bentleius: Aliter ſemetipſum conficeret, & ſua Phalaradis Epiſtolis adhuc ſtaret auctoritas. Ad Valeſium jam redeamus. Tu, Valeſi, dixerit aliquis, hunc locum tanquam à recentioribus aſſutum rejicis. At quo auctore, quibus

bus indiciis? Eâ ſolùm de Cauſâ, inquit ille, quoniam Ulpianus Rhetor, cætera qui ſcripſit, iſta ſcribere non potuit. Bella ſanè Reſponſio! Nimirum hoc dictum ſi valet, actum eſt de arte Criticâ in libris dijudicandis & diſcriminandis.

§ 7. Ad alia jam deveniamus. In Comm. ad Orat. cont. Midiam habentur hæc: Χλανίδας δὲ καὶ κυμβία καὶ κάδους] Χλανίδας μὲν τὰς Μιλησίας· κυμβία δὲ εἶδος ἐκπωμάτων· Κάδοι δὲ, γυναικεῖον ἀγγεῖον, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς ἀρύσεις τῶν ὑδάτων, ἃ τὰς νῦν σίτλας. Wolfius: *Multitia et cymbia et cados] Per* χλανίδας *veſtes intelligit Mileſias*; κυμβία *ſunt genus poculorum*; κάδοι *vaſa mulibria, quibus utuntur ad excipiendam aquam, quas* [quæ] ſitulas nunc *vocamus*. Noſtri igitur ætate bene notum fuit hoc σίτλας vocabulum, vaſculumque ipſum communis ferè uſûs & in ore omnibus. At veteribus Lexicographis, quantum ſciam, prorſus fuit incognitum, Polluci, Harpocrationi, Heſychio, Etymologico Magno, Suidæ, Gloſſis Philoxeni Cyrilli & aliorum, veteri Onomaſtico apud Vulcanium, Phavorino demum, qui ex veteribus ſua omnia totidem verbis compilavit, locupletiſſimo. In primis quidem Julii Pollucis Editionibus legebatur σίτλας Lib. v. ſegm. 97. Περὶ δὲ τοῖς ὠσὶν, ἕρματα, διόπας, ἐλλόβια, ἐνώτια, ἕλικας, ἐλικτῆρας, σίτλας κατὰ τοὺς Αἰολέας, κατὰ δὲ τοὺς Δωριέας ἀρτίαλα. At Viri Doctiſſimi Henricum Stephanum ſecuti jampridem legendum ibi monuerunt, pro σίτλας, σίγλας. Atque id jure merito. Nam præterquam quod alienum prorſus locum occupat, ſi vaſculum alicujus generis ſignificaret (quid enim auribus cum poculis?) conſtat ἐνώτια quædam dicta fuiſſe σίγλας. Heſychius, Σίγλαι, ἐνώτια. Σίγλον, νόμισμα Περσικὸν δυνάμενον ὀκτὼ ὀβολοὺς Ἀττικοὺς, καὶ εἶδος ἐνωτίων. Claviculas etiam inaurium ſignificabant. Idem: Τὰς καταχλεῖδας τῶν ἐνωτίων, σίγλας φασίν. Οἱ

δὲ

δὲ αὐτὰ ἐνώτια. Huc accedit, quod MSS. Codices plurimi hanc lectionem exhibent teſtibus Kühnio & Jungermanno. Hinc ſatis apparet Enarratorem noſtrum veteribus Lexicographis fuiſſe recentiorem: neutiquam enim, ſi uſûs & ſermonis quotidiani ætate ſuâ vox ille fuerat, omiſiſſent tot Onomaſtici. Præterea recenſetur à Joanne Meurſio in Gloſſario ſuo Græco-Barbaro inter voces Græco-Barbaras, & à Latino verbo *Situla* manifeſtiſſimè diffiсta eſt. Alexander Trallianus primus vel inter primos videtur eſſe, qui hoc vocabulum uſurpârit, ſicut obſervatum dedit poſt Conſtantinum & Meurſium Cangius etiam Eruditiſſimus. Hic autem profeſſione Medicus vixit temporibus Juſtiniani, i. e. circa A. C. DXXX. Diu poſt Ulpianum Rhetorem. Denique apud Eccleſiaſticos mediæ atque infimæ Græcitatis præcipuè in uſu fuit. Sic Gloſſæ Biblicæ MSS. apud Cangium. Κρoτῆρες, αἱ ζίτλαι, αἱ ζκύφαι. Rurſum Σκύφη, ζίτλον. Aliæ habent ζκύφον. Vita S. Theodori Syceotæ MS. ibid. Καὶ ἐράνησας ἐν Κωνςαντινȣπόλει ὅτι ἀπὸ ζίτλας τῶ τινος ἑταίριδος, &c. Zacharias Papa in verſione ſuâ Græcâ Dialogorum Gregorianorum Lib. i. Cap. I. ibid. Καὶ μετὰ ζίτλας ξυλίνης καθὼς αὐτόθι ἔθος ἐςὶν, τὸ ἀνδράποδον εἰς τὴν πηγὴν εἰσῆλθε. Ubi Gregorius Magnus habet *Situlam ligneam*. Sic etiam Euchölog. Goari in Officio Dedicat. Templi, p. 833. Χύτραν, θερμηρὸν ἀγγεῖον, καὶ ζίτλαν ἢ ἐπιχύτην. Rurſus pag. 844. Καὶ φέρεται σίτλα τȣ ἁγίȣ βαπτίσματος πεπληρωμένη ὕδατος χλιαρȣ.

§ 8. IDEM Auctor ad Olynthiacam Secundam hæc adnotat: Αγνωμόνως ἔχετε] Αγνώμονας λέγει τȣς ἀνοήτȣς, κατὰ ςέρησιν τῆς γνώμης· οὐκ ὥσπερ νῦν Αγνώμονας καλȣμένȣς τȣς μὴ ἀποδιδόντας τὰ χρέα, ἤγȣν τὰς ἀμοιβάς. Wolfius: *Incogitantes eſtis*] Αγνώμονας dicit *incο-*

incogitantes, *quaſi privatos cogitatione. Non ut* nunc ἀγνώμονας *vocamus eos*, *qui debita*, *id eſt vicem*, *non reddunt*; *hoc eſt*, *ingratos.* Ex his Scholiaſtæ Verbis duo præcipuè ſunt obſervanda. Primò, Vocem Ἀγνώμων Enarratoris temporibus diverſum prorsùs habuiſſe ſenſum ab illo quem olim tenuit. Secundò, Unam tantummodò ſignificationem poſſediſſe, ſc. ὁ μὴ ἀποδιδοὺς τὰ χρέα. Videamus igitur quid antiquitùs ſignificabat ἀγνώμων. Significabat apud veteres quidem *Iniquus*, *Improbus*, *Malus*, *Infidus*, *Inficiator*; hinc ἀγνωμονεῖν *improbè*, *mala fide agere*, ἀπομνύναι & ἀποστερεῖν, *depoſitum non reddere*, &c. Videndus eſt Budæus, qui hæc omnia, ut ſolet, fusè & accuratè perſequitur. Nihil horum itaque voluit Enarrator, quum nihil eſſet novi, nihil intereſſet inter ſua & Demoſthenis tempora. Quid igitur? Longè aliud profectò, rarum admodum & peculiare, nec niſi ſæculis poſterioribus notum; nempe Verbum Juris ſtrictiori ſenſu definitum, quo qui ſe dignum reddidiſſet, ad Judices rapiebatur, crimini pœnæque obnoxius. Id nos unice docent Gloſſæ Nomicæ *Caroli Labbæi.* Ubi hæc ſunt in V. Ἀγωγή· Ἀγωγὴ λέγεται ἡ κίνησις τῆς ὑποθέσεως, ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς Ἀγνώμονας εἰς τὸ δικαστήριον. Iterum. Ἀγωγή ἐστι δίκαιον τοῦ ἀπαιτεῖν ἐν δικαστηρίῳ τὸ ὅθεν δήποτε χρεωστούμενον· Εἴρηται δὲ Ἀγωγὴ παρὰ τοῦ ἄγειν τοὺς ἀγνώμονας εἰς τὸ δικαστήριον *. Hìc diligentiſſime notandum venit, reſpondere τὸ χρεωστούμενον in Gloſſis Nomicis τῷ τὰ χρέα apud noſtrum, & vocari eos τοὺς ἀγνώμονας qui

* Ex his Labbæi Gloſſis emendandum eſt egregie Nobiliſſimi Cangii *Gloſſarum mediæ & infimæ Græcitatis v.* Ἀγωγη· ubi hæc leguntur in Editis. Ἀγωγὴ, *Actio*, ἡ κινήσις τῆς ὑποθέσεως παρὰ τὸ [pot. τοῦ] ἄγειν τοὺς ἀγομένους εἰς τὸ δικαστήριον. *Gloſſ. Baſil.* Utcunque ea vel intellexit vel deſcripſit Cangius legendum eſt omnino τοὺς ἀγνώμονας.]

illud

illud χρεωςέμενον non reddiderunt, i. e. τὰς μὴ ἀποδίδοντας, ut dicit noſter. Fruſtrà itaque eſt Wolfius qui ſubjungit *hoc eſt ingratos*; nam *ingratus* antiquitùs etiam τὸ ἀγνώμων ſignificabat, neque contra *ingratos* Actio unquam juris competebat; quanquam in eo ſanè excuſandus eſt Error, quoniam Labbæi Gloſſas nondum viderat. Gloſſæ autem hæ Nomicæ ad Libros Βασιλικῶν ſpectant, id utique agentes, ut Juris Græco-Romani Vocabula difficiliora & obſcuriora dilucidè interpretarentur. Ita ſcribit ipſe Labbæus in Epiſtola ad Auguſtum Thuanum: *Veteres Juriſconſulti Græci tot Gloſſas ſive* Ῥωμαϊκῶν Λέξεων ζυναγωγὰς *ad Imperatoriarum Conſtitutionum iis refertarum interpretationem et Legum Romanarum intelligentiam ſibi paraverunt, quæ quidem huc uſque maximo ſtudioſorum damno in Bibliothecarum pulvere ſepultæ jacuerunt; ſepultæ, inquam, integræ fuerunt, particulas enim aliquas eruerunt Ampliſſimi Doctiſſimique Viri*, Alciatus, Cujacius, Briſſonius, Pithœi, Fornerius: *nunc vero omnes quas nanciſci potui, a me collectæ et in unum Corpus redactæ ac emaculatæ prodeunt in lucem, Auguſtiſſimi Nominis tui ſplendorem mutuantes.* De iiſdem nuper Fabricius Biblioth. Græc. Lib. iv. Cap. 36. Sect. 2. *Vocabula forenſia Juris Attici Veteres petere licet ex Harpocratione et Virorum Doctorum in illum Commentariis — tum ex Gulielmi Budæi Commentariis Linguæ Græcæ. At in Conſtitutiones Imperatorum, quæ* Baſilicorum *Libris continentur et in alia Monumenta Juris Græco-Romani*, gloſſaria *varia ex Codicibus MSS. Regis Galliæ deſcripſit et ad calcem Obſervationum atque Emendationum in Synopſin Baſilicon edidit* Carolus Labbæus, *Pariſ.* MDCVI. *Eadem ſubjecta deinde etiam ſunt Gloſſariis Latino-Græcis et Græco-Latinis* Cyrilli, Philoxeni, & aliorum, *quæ poſt Henricum*

cum Stephanum longe auctiora magiſque digeſta et emendata ex Labbæi *ejuſdem recenſione habemus excuſa Pariſiis* MDCLXXIX. *fol.* Huc uſque Fabricius Vir Ornatiſſimus. Sciendum porrò eſt Libros Βασιλικῶν a Baſilio Macedone inchoatos, à Leone tandem ſapiente ejus Filio abſolutos fuiſſe circa A. C. DCCCLXXXVI. Ita teſtatur poſt antiquos & recentiores plurimos Joſephus Maria Suareſius in accuratiſſimâ ſuâ Baſilicorum Notitiâ ad Urbanum VIII. Pontif. Max. *Libri* Βασιλικῶν in ſex τεύχη *ſeu Volumina diſtincti ſunt, indeque dicti* ἑξάβιβλος, *et in Libros ſexaginta ſubdiviſi, indeque* ἑξηκοντάβιβλος *nuncupati. Imperator* Baſilius Macedo primùs *illis manum admovit, ut Cedrenus aſſerit; ideoque Leo Sophus eidem Baſilio Patri ſuo Libros hoſce tribuit, Novellâ* LXXXI. *teſte Cujacio cap.* 31. *Lib.* xvii. *Obſervat. Juris. Et plerique Baſilium* βασιλικῶν *Auctorem eſſe crediderunt, in quibus fuit et Franciſcus Balduinus.* Et paulò infrà: Leo Philoſophus *Baſilio Patri ſuccedens inchoatum ab eodem Baſilio* Διατάξεων Βασιλικῶν *Volumen perfecit, uti Cedrenus aſſerit, Operâque Sabbatii Protoſpatharii (uti Matthæus Blaſtares tradit, ex eoque Antonius Auguſtinus in Bibliothecâ libro de propr. Nomin.* π'. *et in* προλεγομένοις *ad Novellas) promulgavit.* —— *Anno à Virginis partu circiter* DCCCLXXXVI. *a Leone concinnatos fuiſſe Baſilicorum Libros* Michael Pſellus, Michael Attaliota, Harmenopulus, Balſamon, Blaſtares, & Cujacius *ſummo conſenſu teſtantur.* Hæc Suareſius. Sed enim quiſquis vocabula Nomica ex his libris Βασιλικῶν deſumpſerit, eaque propriè & communitèr uſitata apud ſuos fuiſſe dixerit (quod ante tempora Βασιλικῶν dici non potuit) Sæculum decimum ægrè admodùm ſuperaverit.

§ 9. His

§ 3. His accedat unum vel alterum Romanum potiùs quàm Græcum referens. In Commentariis ad orationem contra Timocratem hæc habet. Εἰ δέ τις ἀγορανόμος] Ἔστι δ᾽ ἀγορανόμος, ὁ ἐπόπτης τῶν ὠνίων τῆς ἀγορᾶς· Ἀστυνόμος δὲ ὁ ἐπὶ τοῦ εἶναι καθαρὰν τὴν πόλιν ἀσχολούμενος, ὁ παρ᾽ ΗΜΙΝ Πατήρ. Wolfius. *Si quis Ædilis*] *Eſt autem* ἀγορανόμος *inſpector rerum venalium in foro.* Ἀστυνόμος, *qui in eo occupatur ut Urbs munda ſit, qui* apud nos Πατὴρ *appellatur.* Hìc Enarrator planè & apertè nos docet τὸν Græcorum ἀστυνόμον in ſuorum civium linguâ vel dialecto propriè vocari Πατέρα. Nam Phraſis iſta παρ᾽ ἡμῖν propriam alicujus Regionis Dialectum domi natam, non aliunde invectam, ſignificat. Sic Harpocration: Ἀνακαλυπτήρια, δῶρα διδόμενα ταῖς νύμφαις &c. ταῦτα δ᾽ εἰσὶ παρ᾽ ΗΜΙΝ θεώρητρα. ſc. in Dialecto Alexandrinâ. Iterum: Ἰπνὸς, Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος πρώτῳ. μέρος τί [rectius τὶ] τῆς οἰκίας οὕτω καλεῖται, τὸ λεγόμενον παρ᾽ ΗΜΙΝ μαγειρεῖον. Heſychius: Θριδακίναι, εἶδος μάζης παρὰ Ἀττικοῖς. Καὶ αἱ παρ᾽ ΗΜΙΝ θερίδακες, ἤτοι μαΐσλια. Eodem ſenſu. Innuit præterea noſter apud ſuos vocem ἀστυνόμον vel non agnoſci vel certe exoleviſſe. Primò verò in confeſſo eſt apud omnes, vocem πατὴρ pro Curatore Civitatis acceptam, puram putam eſſe Romanam. *Athenienſium* Ἀστυνόμοι, *Thebanorum Telearchæ, Romanorum* Patres civitatum, *aut Curatores Reipublicæ non valde differunt inter ſe, ſicut nec Athenienſium* Ἀγορανόμοι, *&* *Ædiles Romanorum.* —*Multis in locis Juris* [ſc. Romani] Ἀστυνόμοι [ſc. Græcorum] Patres *ſimpliciter vel* Patres Civitatum *vocantur. Curator Reipublicæ* Pater Civitatis *eſt vel* Ἀστυνόμος.—*Aſtynomi igitur*—*aliquando Curatores Reipublicæ, aliquando* Patres civitatum *dicebantur.* Pauca hæc delibavimus ex Philippi Mauſſaaci Notis Doctiſſimis in Harpocrationem p. 80. Qui plura voluerit, ipſum conſulat Auctoreſque

 benè

benè multos quæ laudantur ibid. Cæterùm ex illis quæ protulimus conſtat vocem πατὴρ non aliunde veniſſe in Græcam Linguam & locum ἀστυνόμου quàm ex legibus Romanis. 2do, Poſt Ulpiani Antiocheni tempora diu perduraſſe Vocis ἀστυνόμος uſum apud Græcos, hinc liquet. Heſychius, Harpocration, Suidas, Etymologicum Magnum eam quam olim habuit ſignificationem ipſi tribuunt, nullâ τοῦ Πατρὸς explicatione additâ. Deinde Philoxeni Gloſſæ ſatis demonſtrant tam ἀγορανόμου quam ἀστυνόμου locum adhuc ſuum tenuiſſe. Gloſſæ Lat. Græc. *Ædilatus*, ἀστυνομία. *Ædiles*, ἀγορανόμοι. *Ædilis*, ἀγορανόμος, ἀγορονόμος. [Ubi fortè pro ἀγορονόμος legendum eſt ἀστυνόμος.] Gloſſ. Græc. Lat. Ἀστυνομία, *Ædilatus*. Ἀστυνόμος, *Jecorus*; quod quid velit, ſanè neſcio. Si divinari liceat, *Viocurus* legerem. Erat enim apud Romanos Viarum curator, cujus officio reſpondebat aliquatenus ἡ ἀστυνομία Attica, dictus etiam *Viocurus*. Varro de Ling. Lat. lib. iv. *Quis enim non videt, unde ærifodinæ & viocurrus?* Ita quidem in Editt. Verum Dionyſius Gothofredus rectè monuit legendum eſſe *Viocurus*. Et Joſephus Scaliger quamvis ad locum illum Varronis nihil adnotet, poſteà tamen in Conjectaneis ſuis p. 64. Viocuros per Ædiles interpretatur. Alia quædam de illis tradit Iſaacus Caſaubonus in Notis ad Ælium Spartianum p. 110. nomen verò retinuit. Adeoque neque violenta neque vero abſimilis fuerit emendatio iſta noſtra, pro *Jecoro* Viocorus. 3tio, Perſuaſum propè me habeo verbum Πατὴρ uſque ad Juſtinianum, multo magis Conſtantini Magni temporibus, hoſpes in Græciâ fuiſſe & vix fando auditum. Id ſuadet Papiniani J. C. celeberrimi liber Ἀστυνομικὸς dictus. Ibi munera & partes Ἀστυνόμου fusè accuratéque deſcripſit atque expoſuit.

Mani-

Manibus Græcorum Juriſconſultorum unicus aſſiduè terebatur. Ex eo curas & negotia τῦ Ἀςυνόμυ αὐθενλικῶς ediſcebant. Illi denique ſupra alios omnes maximus & Doctrinæ ac Auctoritatis cumulus acceſſerat. Quamobrem dum quotidiè libellum hunc Papinianeum tanto ſtudio & honore Græci verſarentur, vix, ut opinor, τὸν ἀςυνόμον, unde Liber ipſe nomen ſuum duxerat, in deſuetudinem abiiſſe ſiviſſent. Poſteà verò cum Juſtiniani ævo & juſſu Liber hic unâ cum aliis plurimis in Digeſta mutilus transferretur, percebreſcrens paulatim τῦ Πατρὸς Vocabulum illud alterum τῦ Ἀςυνόμυ antiquâſſe crediderim. Noſtras porro conjecturas mirè confirmat illuſtriſſimus Cangius in Gloſſario ſupra memorato, ubi nobiſcum ipſe τὸ Πατὴρ pro Patre Civitatis acceptum numerat inter voces *mediæ & infimæ Græcitatis*, neque ullum ſcriptorem Juſtiniano antiquiorem, apud quem extaret, indicavit.

§ 10. Similia ſunt illa ejuſdem ad Orationem de *falſa Legatione*. Ιςέον δὲ ὅτι ἀριθμῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι ἕως τῶ δώδεκα ὡς Ἡμεῖς, ὡς ἔχομεν τὴν χρῆσιν ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτυς, ἐν οἷς λέγῃ, ἑνδέκατον, δωδέκατον τὸν νόμον εἰσηνέγκε τὸν τῶν χρονίων. Εἶτα λοιπὸν οὐκ ἔτι ὁμοίως Ἡμῖν, ἀλλὰ κατὰ ΠΡΟΣΘΗΚΗΝ ἀριθμῦσιν. Wolfius: *Sciendum autem eſt numerare Athenienſes uſque ad duodecim* Ut nos, *cujus rei uſum habemus in Oratione Timocratea, cum ait, Undecimo, duodecimo legem tulit Saturnaliorum. Deinceps non jam* ut nos, ſed cum additione *numerant*. In his ultimis eò dicit a ſuis diſcrepare Athenienſes in numerorum ordinalium ſupputatione à duodecim uſque ad viginti, quòd illi κατὰ προσθήκην numerarent, ſui non item. Hæc ſanè à nemine niſi Romano vel Romano Græco proficiſci unquam potuerunt. Nam Græci omnes in numeris ordinalibus à duodecim ad viginti κατὰ προσθήκην ſive cum adje-

Τί οὖν ἂν τις εἴποι,] Στίζοντες εἰς τὸ, Τί οὖν, ἄν τις εἴποι, ἐπιφέρουσι ταῦτα λέγεις ἡμῖν· Τὸ σχῆμα ἀνθυποφορά. Διαφέρει δὲ ἀνθυποφορὰ, ἀντιθέσεως, καὶ ἀντιπίπτοντος· ἀντίπιπτον μὲν γάρ ἐστιν, ὅταν εἴδῃ ὡς ὅτι μέλλει αὐτῷ τι ἀντιπεσεῖν ὡς ἄτοπόν τι λέγοντι, καὶ ἐπανορθώσεται ἑαυτὸν, ἀπροσποιήτως, καὶ ὥσπερ λεληθότως· ἀνθυποφορὰ δὲ, ὅταν μέρος μὲν ὥσπερ καταδέχηται τοῦ λεγομένου ὁ ἀκροατὴς, ἀμφιβάλλῃ δὲ περὶ τὸ λοιπόν· ὡς ἐνταῦθα, ὥσπερ τινὸς λέγοντος, ὅτι καλῶς μὲν λέγεις· ταῦτα γὰρ 2 ἔχει τὸν Φίλιππον· ἀκαίρως δέ· οὐδὲ γὰρ εἰσῆλθες καταλέγειν ἡμῖν τὰ τοῦ Φιλίππου πράγματα, ἀλλὰ τί δεῖ ποιῆσαι

1 Μολωσσῶν.

2 ἔχει.

χόντων δεῖ πράττειν, ἐγνωκὼς ἔσται· ὑμεῖς δὲ, ὡς οὐδενὸς ἀντιληπτέον ἐῤῥωμένως τῶν πραγμάτων· σκοπεῖσθε, εἰς τί ποτε ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι. Πρὸς Θεῶν, τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν, ὅστις ἀγνοεῖ τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον δεῦρο ἥξοντα, ἂν ἀμελήσωμεν; Ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο γενήσεται, δέδοικα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις, μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἂν

ἐπὶ

ΣΧΟΛΙΑ.

ποιῆσαι περὶ Ὄλυνθον· ἐπάγει ὅτι καὶ ταῦτα χρήσιμά ἐστι πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν· ἀντίθεσις δὲ, ὅταν ἀπό τινος κεφαλαίου ὁρμᾶται, οἷον ἀπὸ δικαίου, ἢ συμφέροντος, ἢ τινος τῶν τοιούτων· ἵνα δὲ μὴ προσκορῆ τὸν λόγον ἐργάζεται, ἀποτάδην λέγων, ἐπάγει τινὰ ἡδονὴν διὰ τῆς πλάσεως τοῦ προσώπου τοῦ ἀντιλέγοντος, καὶ ἵνα ὥσπερ ἀπαιτούμενος καὶ ἀναγκαζόμενος παρ' ἄλλου, καὶ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπιφέρειν δοκῆ τὴν ἐπιτίμησιν.

ἀγαπήσας] Ἀρκεσθεὶς.

τίς οὕτως εὐήθης] Τεχνικῶς τοῦτο ἠρώτησεν, ἵνα ἕκαστος, φεύγων τὸ καταψηφίσασθαι αὐτοῦ ἄνοιαν, συνομολογήσῃ τῷ ῥήτορι ὡς ἀληθῆ λέγοντι.

ἐκεῖθεν] Ἐκ τοῦ Ὀλύνθου.

πόλεμον] Ἀντὶ προσώπου πρᾶγμα ἔλαβεν· οὐ γὰρ εἶπεν ἐλεύσονται οἱ πολέμιοι καθ' ἡμῶν, ἀλλ' ὁ πόλεμος· Σύνηθες δὲ τοῦτο καὶ Θουκυδίδῃ ποιεῖν, καὶ μεταλαμβάνειν, ἢ ἀντὶ προσώπου πρᾶγμα, ἢ πρόσωπα πάλιν ἀντὶ πραγμάτων· αἱ γὰρ τοιαῦται τῶν λέξεων ἐναλλαγαὶ, καινοπρέπειαν τῷ λόγῳ παρέχουσι.

τῶν ἀρχαίων] Ἤτοι τῶν ἐνεχύρων· ἀρχαῖα γὰρ τὰ ἐνέχυρα καὶ

τὰς

ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐῤῥαθυμηκότες, καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες, πολλὰ καὶ χαλεπὰ, ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα, ὕστερον εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν ποιεῖν, καὶ κινδυνεύσωμεν περὶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ.

ζʹ. Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν, ἴσως φήσαι τις ἂν ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι· τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων ὅτι δεῖ πράττειν ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβούλου. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ', ὅτι πολ-

ΣΧΟΛΙΑ.

τὰς ὑποθήκας ἐν πολλοῖς ὁ Δημοσθένης εἶπε. Τινὲς δὲ ἐξηγοῦνται αὐτὸ, οὐκ ἐπὶ τῶν δανειζομένων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν δανειζόντων, λέγοντες πολλάκις τοῖς παθητικοῖς ἀντὶ ἐνεργητικῶν χρῆσθαι τοὺς Ἀθηναίους· καὶ λέγουσιν ἀρχαῖα αὐτὰ τὰ κεφάλαια· μὴ δυνάμενοι γὰρ, φησὶν ἀποδοῦναι πολλοὺς τόκους, ὕστερόν οἱ χρεωστοῦντες φεύγουσι· καὶ οὕτως οἱ δανεισταὶ μετὰ τῶν τόκων καὶ τὰ κεφάλαια ἀπολλύουσιν.

ἐπὶ πολλῷ] Ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ πολλῷ τόκῳ· ἵνα τόκον λάβωμεν, τὴν ἀργίαν καὶ ῥαθυμίαν· κεφάλαιον δὲ, αὐτὴν τὴν πόλιν.

ἐῤῥαθυμηκότες] Οὐχ ἁπλῶς ἠμεληκότες· οὐ γὰρ τοῦτο σημαίνει ἡ λέξις· ἀλλὰ μᾶλλον τὴν ἄνεσιν καὶ τὴν ἐν ἡδονῇ διαγωγήν.

εἰς ἀνάγκην] Σύνηθες τῷ ῥήτορι, τῶν μὲν λυπηρῶν καὶ αὐτὸν μετέχοντα δεικνύναι, τῶν δὲ ἀγαθῶν τὴν πεῖραν ὁλόκληρον ἀπονέμειν τῇ πόλει· καὶ δύναται τοῦτο πολλὴν αὐτῷ παρὰ τῶν ἀκροατῶν κατασκευάζειν τὴν εὔνοιαν.

τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν,] Μικρὸν τὸ προοίμιον, ἔκ τε δυνατοῦ καὶ συμφέροντος· μετιὼν γὰρ ἐφ' ἕτερον κεφάλαιον, οὐ παντελῶς 1 ἰδιάζον τὸ προοίμιον ἔλαβεν, ἵνα μὴ καθάπερ ἐσχισμένος ὁ λόγος φαίνηται, τὴν μὲν ἀρχὴν ποιησάμενος ἐξ οὗ λέγων ἐπαύσατο, λέγω δὴ, τοῦ συμφέροντος· τὸ δὲ ἐνθύμημα, καὶ τὴν ἐπαγωγὴν, ἐκ τοῦ δυνατοῦ· διὸ καὶ τὸ προοίμιον ἔλαβε. Διαφέρει δὲ τὰ τῶν κεφαλαίων προοίμια, τῶν ἐν αὐταῖς ταῖς ἀρχαῖς· ὅτι

1 ἰδιάζον τὸ πρ.

ἐκεῖνα

πολλάκις ὑμεῖς, οὐ τοὺς αἰτίους, ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, ἄν τι μὴ κατὰ γνώμην ἐκβῇ· οὐ μὴν οἶμαί γε δεῖν τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦνθ' ὑποστείλασθαι περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι. Φημὶ δὴ, διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν, τῷ τε τὰς πόλεις τοῖς Ολυνθίοις σώζειν, καὶ τοὺς τοῦτο ποιήσοντας στρατιώτας ἐκπέμπειν· καὶ τῷ τὴν ἐκείνου χώραν

ΣΧΟΛΙΑ.

ἐκεῖνα μὲν τῷ παντὶ λόγῳ χώραν δίδωσι, καὶ σπερματικὴν ἔχει τὴν δύναμιν τῶν διόλου λέγεσθαι μελλόντων· τὰ δὲ τῶν κεφαλαίων, αὐτὰ μόνα θεραπεύει τὰ λυποῦντα τὸ κεφάλαιον. Τὸ δὲ ὥσπερ ἐξ ἀντιθέσεως εἰλῆφθαι τὸ προοίμιον, οὐ παράδοξον· τὸ γὰρ ἐν μέσῳ λόγῳ κεῖσθαι, πεποίηκέ τι καὶ ἐναγώνιον ἔχειν τὸν λόγον. Ιστέον δὲ ὅτι ἡ ἐπιτίμησις, τῷ συμφέροντι προσήκει· ἐπιτίμησιν δὲ αὐτὸ εἶπεν, ἀλλ' οὐ λοιδορίαν· τὸ μὲν γὰρ ὑβρίζειν, παντὶ ῥᾴδιον· τῷ δὲ ἐπιτιμᾶν, ὅπερ ἐστὶ νουθετοῦντος, καὶ 1 περὶ τοῦ λυσιτελοῦντος, ἐπὶ τιμῇ τῶν ἀκουόντων λέγοντος, οὐ παντός ἐστιν, ἀλλὰ μόνου τοῦ σκοποῦντος τὸ λυσιτελὲς τῶν ἀκουόντων. Αλλως· Αντίθεσις ἀπὸ τοῦ δικαίου, οἷον, ἀλλ' οὐ δίκαια ποιεῖς, ὦ Δημόσθενες, μόνον ἐπιτιμῶν ἡμῖν, ὅπερ παντὸς ἀνθρώπου ἐστὶ μὴ μέντοι συμβουλεύων, ὅπερ ἐστὶ ῥήτορος. Ιστέον δὲ ὅτι οὐκ εὐθὺς ἐπήγγαλε τὴν λύσιν, ἀλλ ὕστερον ἐν μέσῳ θεὶς, καὶ εἰπὼν, ὅπερ ἐφοβεῖτο, ἵνα διὰ τούτου ὥσπερ προδιορθώσηται τὴν μέλλουσαν συμβουλήν.

ὑποστείλασθαι] Υποκρύψασθαι.

Φημὶ δὴ] Τὸν τρόπον τῆς βοηθείας εἰσηγεῖται. Εστι δὲ τοὺς τοῦ δυνατοῦ κεφαλαίου· πᾶσα καὶ γὰρ τρόπων ἐξέτασις, ἐπὶ τὸ δυνατὸν ἔχει τὴν ἀναφοράν· ἐν τούτοις γὰρ δείκνυται, πῶς ἔνεστι κρατῆσαι τῶν ἀντιπάλων· Επειδὴ δὲ οἶδε τοὺς Αθηναίους πολλῇ δεδουλωμένους ῥᾳ-

1 Desunt περὶ τοῦ.

χώραν κακῶς ποιεῖν, καὶ τριήρεσι, καὶ στρατιώταις ἑτέροις. Εἰ δὲ θατέρου τούτων ὀλιγωρήσετε, ὀκνῶ μὴ μάταιος ὑμῖν ἡ στρατεία γένηται. Εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων, ὑπομείνας τοῦτο, Ὄλυνθον παραστήσεται, ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν ἀμυνεῖται· εἴτε βοηθησάντων μόνον ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον, ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα τὰ οἴκοι, προσκαθεδεῖται καὶ προσεδρεύσει τοῖς πράγμασι, [1] καὶ περιέσται τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων. Δεῖ δὴ πολλὴν καὶ διχῆ τὴν βοή-

1 Deeſt καὶ.

ΣΧΟΛΙΑ.

θυμία, προτείνει αὐτοῖς δύο βοηθείας, ἵνα κἂν τὴν μίαν ποιήσωσιν.

ὀκνῶ] Φοβοῦμαι.

μάταιος] Ἀττικὸν τὸ, μάταιος ἡ στρατεία.

ὑπομείνας] Οἰκεία ἡ λέξις· ὑπομεῖναι γὰρ λέγει ἀντὶ τοῦ καρτερεῖν, ὅταν ἴδωμεν τὰ οἰκεῖα 1 κακῶς πάσχοντα. Τὸ δὲ παραστήσεται, χειρώσεται· Στικτέον δὲ ἐνταῦθα, ἵν᾽ ᾖ, ὑπομείνας καὶ ἐάσας τὴν πατρίδα αὐτοῦ κακῶς πάσχουσαν, παραστήσεται ἐν τοσούτῳ Ὄλυνθον· καὶ εὐχερῶς ἐλθὼν εἰς τὴν Μακεδονίαν, ὡς λαβὼν τοὺς Ὀλυνθίους πρὸς συμμαχίαν, ἀμυνεῖται ἡμᾶς ἐκεῖσε.

περιέσται] Ὅρα πῶς 2 ἐπὶ τῶν ἄνω πόλεων εἰπὼν, ὅτι εὐχερῶς αὐτὰς ἐλάμβανεν, ἐπὶ τῆς Ὀλύνθου εἶπε τὸ δυσχερὲς, διὰ τοῦ εἰπεῖν τῷ χρόνῳ περιέσται, τὸ δυνατὸν Ὀλυνθίοις πραγματευόμενος.

Περὶ δὲ χρημάτων] Μετέρχεται ἐπὶ τὸ δυνατὸν κεφάλαιον· μερίζει δὲ τοῦτο εἰς δύο, εἴς τε χρημάτων εὐπορίαν, καὶ ἀνδρῶν δύναμιν.

ὡς βούλεσθε] Πάλιν ὑποσιωπήσει ἐχρήσατο, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, εἰς

1 Deeſt κακῶς.

2 ἐν τῷ ἄ. πόλεις.

τὰς

βοήθειαν εἶναι. Καὶ περὶ μὲν τῆς βοηθείας ταῦτα γινώσκω.

η΄. Περὶ δὲ χρημάτων πόρου, ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά· ταῦτα δὲ ὑμεῖς, οὕτως ὡς βούλεσθε, λαμβάνετε. Εἰ μὲν οὖν ταῦτα τοῖς στρατευομένοις ἀποδώσετε, οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου· εἰ δὲ μὴ, προσδεῖ· μᾶλλον δ' ἅπαντος ἐνδεῖ τοῦ πόρου. Τί οὖν; (ἄν τις εἴποι) Σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. Ἐγὼ

ΣΧΟΛΙΑ.

τὰς θέας καὶ πανηγύρεις αὐτὰ λαμβάνετε.

ἀποδώσετε], Καλῶς εἶπε τὸ Ἀποδώσετε, καὶ οὐχὶ Δώσετε· ἀποδίδωσι γάρ τις τὸ ἀλλότριον ἐκείνῳ οὗ οἶδεν ὂν τὸ πρᾶγμα· ὥστε ταῦτα, φησὶν, οὐκ ἔστιν ὑμέτερα, ἀλλὰ τῶν στρατιωτῶν οἰκεῖα.

προσδεῖ —— πόρου] Ἐνδεῖσθαι μέν ἐστι τὸ παντελῶς μὴ ἔχειν· προσδεῖσθαι δὲ, τὸ ἔχειν μὲν μέρος, ἔτι δὲ δεῖσθαι πρὸς τὸ τέλειον. Φησὶν οὖν, ὅτι εἰ μὲν ἀποδώσετε τὰ χρήματα, οὐ μέλλετε προσδεῖσθαι διὰ τὸ ἀρκούντως ἔχειν, εἰ δὲ μὴ, προσδεῖσθε. Εἶτα ἐπειδὴ ἔμφασίν τινα ἔχει, ὡς ἔστι καὶ ἄλλα ἐκτὸς τῶν θεωρικῶν, ἃ λαμβάνοντες, ὀλίγων προσδέονται, ἐπήγαγε τὸ, μᾶλλον δὲ παντὸς ἐνδεῖ 1 τοῦ πόρου· ὡς εἰ μὴ ἀποδῶτε τὰ θεωρικὰ, παντελῶς ἀπορήσομεν.

Τί οὖν; (ἄν τις εἴποι)] Ἀνθυποφορὰ πάλιν. Σὺ, φησὶ, γράφεις τὰ θεωρικὰ εἶναι στρατιωτικά; Εἶτα λύει, ὅτι συμβουλεύω μὲν, οὐ γράφω δὲ, τὸν κίνδυνον εἰδὼς, καὶ τὸν Εὐβούλου νόμον μὴ ἀγνοῶν.

1 Deeſt τοῦ.

Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι, καὶ ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά· καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι, τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν, καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. Ὑμεῖς δὲ οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. Ἔστι δὴ λοιπὸν οἶμαι πάντας εἰσφέρειν, ἂν πολλῶν δέῃ, πολλά· ἂν ὀλίγων, ὀλίγα. Δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων. Λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους τινὰς ἄλλοι πόρους· ὧν ἕλεσθε, ὅστις ὑμῖν

ΣΧΟΛΙΑ.

Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι] Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶν, εἰς τοὺς στρατιώτας 1 δεῖν ἀναλωθῆναί φημι· ὑμεῖς δὲ εἰς τὰς ἑορτὰς λαμβάνετε.

κατασκευασθῆναι] Ὡς παντελῶς ἀπαλλοτριωθέντος τοῦ στρατιωτικοῦ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, κατασκευασθῆναι εἶπεν, ὡς ἐπὶ κτημάτων παντελῶς διαφθαρέντων. Ἀπὸ τοῦ ποιουμένου δὲ εἶπε τὸ ποιοῦν.

στρατιωτικὰ] Οὐ γὰρ ἔχετε ὅθεν ἄλλοθεν αὐτοὺς μισθώσετε.

σύνταξιν] Σύνταξίς ἐστι δύο πραγμάτων ὥσπερ ἕνωσις. Εἰώθασι δ' οἱ παλαιοὶ, ἐπειδάν τι ἀσαφὲς 2 οἴωνται λέγειν, διὰ τῆς ἐπαγωγῆς αὐτὸ λύειν, ὥσπερ καὶ ὁ Ποιητὴς εἰπὼν, 3 Κύμβαχος, ἐπήγαγεν, ἐπὶ βρεγμόν τε καὶ ὤμους· καὶ πάλιν εἰπὼν, 4 Ἐντροπαλιζόμενος, ἔφη, γόνυ γουνὸς ἀμείβων· οὕτω καὶ ὁ ῥήτωρ εἰπὼν, σύνταξις, ἐπήγαγε τὸ, λαμβάνειν καὶ ποιεῖν τὰ δέοντα.

τὰ δέοντα] Νῦν γὰρ εἰς θέας λαμβάνοντες, οὐ δεόντως λαμβάνετε· εἰς δὲ τὸ στρατεύειν δοθέντα, δεόντως δοθήσεται.

Ἔστι δὴ λοιπὸν] Οὐδὲν ἔτι, φησὶν, ὑπολείπεται, ἐὰν μὴ βούλησθε τὰ χρήματα τοῖς στρατιώταις ἀποδοῦναι, ἢ εἰσφέρειν ὑμᾶς ἀπὸ τῶν ἰδίων οὐσιῶν. Οὐχ ὁρίζει δὲ τὴν ποσότητα, ἵνα μὴ λυπηρὸς δόξῃ, ἀλλὰ τὸν καιρὸν, καὶ τὴν ἀνάγκην ἐποίησεν ὁρίζουσαν.

1 Deeſt δεῖν. 2 οἰώμεθα. 3 Κύμβαλος. 4 Ἐντρ.

εἰσ-

ὑμῖν ἂν συμφέρειν δοκῇ· καὶ ἕως ἐστὶ καιρὸς, ἀντιλάβεσθε τῶν πραγμάτων.

θʹ. Ἄξιον δὲ ἐνθυμηθῆναι καὶ λογίσασθαι, τὰ πράγματα, ἐν ᾧ καθέστηκε νυνὶ τὰ τοῦ Φιλίππου. Οὔτε γὰρ, ὡς δοκεῖ, καὶ φήσειέ τις ἂν, μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, εὐπρεπῶς, οὐδ᾽ ὡς ἂν κάλλιστα αὐτῷ τὰ παρόντ᾽ ἔχῃ· οὔτ᾽ ἂν ἐξήνεγκε τὸν πόλεμόν ποτε τοῦτον ἐκεῖνος, εἰ πολεμεῖν ᾠήθη δεήσειν αὐτόν· ἀλλ᾽ ὡς ἐπιὼν, ἅπαντα τότε ἤλπιζε τὰ πράγματα

ΣΧΟΛΙΑ.

εἰσφέρειν,] Εἰ μὴ τὰ θεωρικὰ στρατιωτικὰ ποιήσετε.

δεῖ δὲ χρημάτων] Ὡς εἰ ἔλεγεν, εἴτε πολλῶν, εἴτε ὀλίγων δεῖσθε, οὐκ ἐμὸν εἰπεῖν, ἀλλὰ τῆς χεῖρας· τοῦτο δ᾽ οἶδα 1 πάντως χρήζετε.

οὐδέν ἐστι γενέσθαι] Εἴποι ἄν τις, Τί οὖν; καὶ ἐν τῷ εὔχεσθαι δεόμεθα χρημάτων; ἢ ἐν τῷ σωφρονεῖν; Λέγομεν δὲ, ὅτι πρὸς τὸ προκείμενον εἶπεν, ἤτοι τὸν πόλεμον· ἀεὶ γὰρ ὁ πόλεμος χρημάτων δεῖται.

ἀντιλάβεσθε] Ἅψασθε.

Ἄξιον δὲ ἐνθυμηθῆναι] Πληρώσας τὸ ἓν μέρος τοῦ δυνατοῦ, τουτέστι τὸ τῆς πόλεως, ἐντεῦθεν, ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος ἐλήλυθε, τὸ τοῦ Μακεδόνος· μὴ ἔχων γὰρ δεῖξαι τοὺς Ἀθηναίους δυνατοὺς, καθὸ 2 πολλ᾽ ἀπώλεσαν, τεχνικῶς ἐκ τοῦ ἐναντίου πειρᾶται κατασκευάσαι, ὅτι δύνανται τὴν Φιλίππου δύναμιν καθαιρεῖν.

Οὔτε γὰρ, ὡς δοκεῖ,] Οὐχ οὕτως αὐτῷ ἔχει τὰ πράγματα εὐπρεπῶς, οὐδὲ ὥς τις νομίζει κάλλιστα.

τὰ παρόντα] Ἤγουν τὰ ἐν τῇ Ὀλύνθῳ.

τὸν πόλεμον] Πρὸς τοὺς Ὀλυνθίους.

αὐτὸν·] Τὸν πόλεμον.

τὰ πράγματα] Τὰ τῶν Ὀλυνθίων ἐκ μόνης τῆς θέας αἱρήσεσθαι.

1 πάντες   2 πολλοὺς

μαλα ἀναιρήσεσθαι, κᾆτα διέψευσαι· Τοῦτο δὴ πρῶτον αὐτὸν ταράττει, παρὰ γνώμην γεγονὸς, καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτῷ παρέχει. Εἶτα, τὰ τῶν Θετταλῶν. Ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει, καὶ ἀεὶ, πᾶσιν ἀνθρώποις· κομιδῇ δ' ὥσπερ ἦν, καὶ ἔστι νῦν τούτῳ. Καὶ γὰρ Παγασὰς ἀπαιτεῖν αὐτόν εἰσιν ἐψηφισμένοι, καὶ Μαγνησίαν κεκωλύκασι τειχίζειν. Ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων, ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας, καὶ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώσοιεν αὐ-

τῷ

ΣΧΟΛΙΑ.

κᾆτα διέψευσαι] Καὶ εἶτα διέψευσαι τῆς ἐλπίδος καὶ τῆς προσδοκίας· ἰδοὺ γὰρ πολεμοῦσιν αὐτῷ παρὰ τὴν αὐτοῦ προσδοκίαν.

Εἶτα] Οὐκ εἶπεν οἱ Θετταλοὶ, ἀλλὰ τὰ Θετταλῶν πράγματα, ἵνα λέγῃ τὴν ἀπιστίαν, καὶ δηλώσῃ ὅτι ἀεὶ σύζωσιν αὐτῇ.

τὰ τῶν Θετταλῶν,] Ταράττει αὐτόν. Πράγματι δὲ ἀντὶ προσώπου ἐχρήσατο.

Καὶ γὰρ Παγασὰς] Ἡ ἱστορία οὕτως. Ἀλεύας, ἀπόγονός τις τοῦ Ἡρακλέους, Θετταλὸς, ἐτυράννησε Θετταλῶν· εἶτα καὶ οἱ τούτου παῖδες. Μὴ φέροντες οὖν τὴν τυραννίδα οἱ Θετταλοὶ, καὶ ἀποροῦντες τί δεῖ ποιεῖν, μετεπέμψαντο εἰς συμμαχίαν τὸν Φίλιππον. Εἶτα ἐλθὼν ἐκεῖνος, ἐξέβαλε τοὺς Ἀλευάδας ἐκ τῆς τυραννίδος· καὶ ὑπὲρ τούτου χάριν αὐτῷ ὁμολογοῦντες οἱ Θετταλοὶ, δεδώκασιν αὐτῷ νέμεσθαι Παγασὰς, καὶ τὰ χρήματα τὰ ἐκ τῶν λιμένων καὶ τῆς ἀγορᾶς· Ἄπιστοι δὲ Θετταλοὶ ἐνομίσθησαν, ἢ διὰ τὸ τὸν Ἰάσονα, Θετταλὸν ὄντα, ἄπιστον ὀφθῆναι περὶ τὴν Μήδειαν· ἢ ὅτι ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ, ἐν αὐτῇ τῇ παρατάξει ἀπὸ Ἀθηναίων πρὸς Λακεδαιμονίους μετετάξαντο, ὥς φησιν ὁ Θουκυδίδης· Ἡ δὲ Μαγνησία χώρα τις ἦν πλησίον Θετταλίας ὑπ-

ήκοος.

τῷ καρποῦσθαι· τὰ γὰρ κοινὰ τὰ Θετταλῶν ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν οὐ Φίλιππον λαμβάνειν. Ἂν δὲ τούτων ἀποστερηθῇ τῶν χρημάτων, εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται. Ἀλλὰ μὴν τόν γε Παίονα, καὶ τὸν Ἰλλύριον, καὶ ἁπλῶς τούτους ἅπαντας ἡγεῖσθαι χρὴ αὐτονόμους ἥδιον ἂν, καὶ ἐλευθέρους, ἢ δούλους εἶναι. Καὶ γὰρ ἀήθεις τοῦ κατακούειν τινός εἰσι, καὶ ἄνθρωπος ὑβριστὴς, ὥς φασι· καὶ μὰ Δί' οὐδὲν ἄπιστον

ΣΧΟΛΙΑ.

ἤκοος αὐτοῖς. Ἔστι δὲ καὶ πόλις ὁμώνυμος αὐτῇ. Χαριζόμενος οὖν τοῖς Θετταλοῖς ὁ Φίλιππος, ταύτην αὐτοῖς καταδουλώσατο ἀποστάσαν αὐτῶν· μετὰ δὴ ταῦτα φρούριον ᾠκοδόμησεν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει τῶν Μαγνήτων, ἵνα μὴ καὶ δεύτερον ἀποστῶσι· τὸ δὲ ἀληθὲς, κατ' αὐτῶν Θετταλῶν. Οἱ δὲ γνόντες αὐτὸ τοῦτο, ἐκώλυσαν αὐτὸν τειχίζειν.

ἀπὸ τούτων] Ἤγουν, ἀπὸ τῶν ἐξ αὐτῶν προσόδων.

τοῖς ξένοις] Καὶ γὰρ οὐ μόνον Μακεδόσιν, ἀλλὰ καὶ ξένοις ἐχρῆτο πρὸς τὴν στρατείαν.

Ἀλλὰ μὴν τόν γε,] Δείξας αὐτοῦ τὸ ἀσθενὲς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων, βούλεται καὶ ἀπὸ τῶν Βαρβάρων τὸ ὅμοιον ἐργάσασθαι, καὶ δι' αὐτῆς δὲ τῆς λέξεως ηὐτέλισε τὴν δύναμιν· οὐ γὰρ εἶπε πληθυντικῶς, ἀλλ' ἑνικῶς, Παίονα καὶ τὸν Ἰλλυριόν.

ἥδιον ἂν] Παίονες καὶ Ἰλλυριοὶ κατ' ἀνάγκην ὑπήκουον, καὶ ἄλλα τινὰ τῶν ἐθνῶν.

Καὶ γὰρ ἀήθεις] Δεῖ προσέχειν τῇ λέξει· οὐ γὰρ εἶπεν Ἀκούειν μόνον, ἀλλὰ Κατακούειν, ὅπερ ἐστὶ πάνυ ὑπακούειν, ὥστε καὶ δούλους νομίζεσθαι. Ὁ δὲ Φίλιππος, φησὶν, ὑβριστὴς καὶ ἐπαχθής.

ἄπιστον ἴσως. Τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. Διόπερ πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι. Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ἡμέτερον νομίσαντας, ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα, καὶ πρεσβευομένους ἐφ' ἃ δεῖ, καὶ στρατευομένους αὐτοὺς,

ΣΧΟΛΙΑ.

ἄπιστον] Αὐτὸν εἶναι τοιοῦτον.

Τὸ γὰρ εὖ πράττειν] Γνωμικὴ περίοδος, ἡ καὶ δίκολος. Ἐπειδὴ, φησὶν, οἱ παρ' ἀξίαν εὐτυχοῦντες, οὐ δύνανται φυλάξαι τὴν εὐτυχίαν διὰ τὸ πονηρὸν τῆς γνώμης, δεδώκασιν ἀφορμὴν τοῦ λέγειν, ὅτι δυσχερές ἐστι τὸ φυλάξαι μᾶλλον, ἤπερ κτήσασθαι, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἀληθές.

τὸ φυλάξαι] Ἤγουν, τηρῆσαι ὡσαύτως ἔχειν, καὶ μὴ μεταβαλεῖν εἰς κακίαν.

τἀγαθὰ] Τὰ ἐπελθόντα τινί.

Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς] Παραβολὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου. Πληρώσας τὴν ἐξέτασιν τοῦ δυνατοῦ, καὶ σαθρὸν ἀποδείξας τὸν Φίλιππον πανταχόθεν, εἰς προτροπὴν μετῆλθε. Διενήνοχε δὲ προτροπὴ συμβουλῆς, ὅτι ἐν μὲν ταῖς συμβουλαῖς, καὶ τὸ ἀγαθὸν ὑπὲρ οὗ συμβουλεύομεν, ἀμφισβήτησιν ἔχει, καὶ ὁ τρόπος δι' οὗ ἂν παραγενοίμεθα τῶν χρησίμων, ἀντίρρησιν ἐπιδέχεται. ἐν δὲ ταῖς προτροπαῖς καὶ τὸ ἀγαθὸν πρόδηλον, καὶ ὁ τρόπος. Δεῖ δὲ γινώσκειν ὅτι ἐπιπλέκεται τοῖς εἴδεσι τούτοις τὰ ἀλλήλων· καὶ συμβουλευτικὰ ἐν προτροπαῖς, καὶ τοὐναντίον ἐν συμβουλαῖς προτρεπτικά. Ἐκ δὲ τοῦ πλεονάζοντος ἐν τῇ ὑποθέσει, χρὴ τὸ εἶδος τοῦ λόγου γνωρίζειν.

συνάρασθαι] Ἐδεῖ μὲν εἰπεῖν συνάρασθαι τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' Ἀτικῶς εἶπεν. Ἡ δὲ σύνταξις, ὡς εἰ ἔλεγε, σὺν τῇ τύχῃ ἀγωνίζεσθαι ἐφ' ἃ δεῖ χωρία. Ἔστι δὲ μονόκωλος σχοινοτενὴς περίοδος, ἐν ὑπερβατῷ σχηματισθεῖσα· τὸ σχῆμα δὲ ἐπιτίμησις. Τὸ δὲ συνάρσασθαι, συλλαβεῖν καὶ ἁρπάσαι, συνάψασθαι.

πρεσβευομένους] Πρεσβεύεσθαι, φησὶν, ἐπὶ τοὺς ἀγνοοῦντας τὸν Φίλιππον, ἵνα διδάξωσιν αὐτοὺς,

μὴ

αὐτοὺς, καὶ παροξυνόντας τοὺς ἄλλους ἀπαντας· λογιζομένους, ὡς εἰ Φίλιππος λάβοι καθ᾽ ἡμῶν τοιοῦτον καιρὸν, καὶ πόλεμος γένοιτο πρὸς τῇ χώρᾳ, πῶς ἂν αὐτὸν οἴεσθε ἑτοίμως ἐφ᾽ ἡμᾶς ἐλθεῖν. Εἶτ᾽ οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ μηδ᾽ ἃ πάθοιτ᾽ ἂν, εἰ δύναιτ᾽ ἐκεῖνος, ταῦτα ποιῆσαι, καιρὸν ἔχοντες, οὐ τολμήσετε;

ί. Ετι τοίνυν, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, μηδὲ

ΣΧΟΛΙΑ.

μὴ πιστεύειν αὐτῷ· ἐπὶ δὲ τῶν εἰδότων μὲν, φοβουμένων δὲ, τῷ ἀγγέλλεσθαι ὑμᾶς ὅτι στρατεύεσθε, ἵνα παροξυνθῶσιν εἰς τὸ μηκέτι δεδιέναι αὐτόν.

λάβοι καθ᾽ ἡμῶν] Τοιοῦτον καιρὸν οἷος νῦν ἡμῖν ἐστι κατ᾽ ἐκείνου· καὶ πόλεμος γένοιτο πρὸς τῇ χώρᾳ, τῇ ἡμετέρᾳ, καθάπερ νῦν τῇ ἐκείνου· ἡ γὰρ Ολυνθος γείτων αὐτῷ· ἐὰν τοιαῦται, φησὶν, αὐτῷ προσγένοιτο πολλαὶ εὐπορίαι, οἷαι νῦν ἡμῖν, καὶ πάλιν, εἰ πόλεμόν τινα σχοίημεν ὅμορον, ὡς αὐτὸς νῦν ἔσχε τὸν τῇ Ολύνθῳ γειτνιάζοντα.

Εἶτ᾽ οὐκ αἰσχύνεσθε] Η περίοδος ἐπιτιμητικὴ, ἥ ἐστι μονόκωλος, φησὶν Ἑρμογένης. Ασαφὲς δ᾽ εἶναι δοκεῖ τὸ χωρίον· ἄδηλον γὰρ τίνι χρὴ προσνεῖμαι τὸ ταῦτα ποιῆσαι· πότερον τοῖς Αθηναίοις, ἢ τῷ Φιλίππῳ· δοκεῖ γὰρ ἐφ᾽ ἑκατέρων ἁρμόζειν. Χρὴ οὖν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀσαφῶν καὶ ἐπαμφοτερίζειν δοκούντων, ἐκ τοῦ τέλους ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀνιέναι· λυθήσεται γὰρ οὕτως ἡ ἀσάφεια· οἷον ἐπὶ τοῦ παρόντος, εὐθὺς κάτωθεν ἀρξάμενος λέγε, οὐ τολμήσετε, καιρὸν ἔχοντες, πάντα ποιῆσαι ἃ πάθοιτε ἂν, εἰ δύναιτο ἐκεῖνος; τὸ γὰρ πρότερον ἐπ᾽ ἀμφοτέρων λέγεσθαι δοκοῦν, νῦν ἐφάνη περὶ τῶν Αθηναίων εἰρημένον.

εἰ, μηδ᾽ ἃ πάθοιτ᾽ ἂν] Τὸ μὴ περισσόν· ἢ τὸ εἰ μὴ, εἰς τὸ, οὐ τολμήσετε.

Ετι τοίνυν] Μετάβασις ἐπὶ τὸ ἀναγκαῖον. Ωσπερ δὲ τὸ συμφέρον εἰς δύο τέμνεσθαί φαμεν. εἴς τε αὐτὸ τὸ συμφέρον, καὶ τὸ ἀναγκαῖον· οὕτω καὶ τὸ δυνατὸν, εἴς τε αὐτὸ τὸ δυνατὸν ἁπλῶς, καὶ τὸ

μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς λανθανέτω, ὅτι νῦν αἵρεσίς ἐστιν ὑμῖν, πότερον ὑμᾶς ἐκεῖ χρὴ πολεμεῖν, ἢ παρ' ὑμῖν ἐκεῖνον. Ἐὰν μὲν γὰρ ἀντέχῃ τὰ τῶν Ὀλυνθίων, ὑμεῖς ἐκεῖ πολεμήσετε, καὶ τὴν ἐκείνου κακῶς ποιήσετε, τὴν ὑπάρχουσαν καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην ἀδεῶς καρπούμενοι· ἂν δ' ἐκεῖναι Φίλιππος λάβῃ, τίς αὐτὸν ἔτι κωλύσει δεῦρο βαδίζειν; Θηβαῖοι; μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως. Ἀλλὰ Φωκεῖς; οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθήσηθ' ὑμεῖς. Ἢ ἄλλος τις; ἀλλ', ὦ 'τᾶν, οὐχὶ βουλήσεται. Τῶν ἀτοπωτάτων

μέντ'

ΣΧΟΛΙΑ.

τὸ ῥᾴδιον, καὶ εἰς τὸ ἀναγκαῖον· ὅπερ ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ νῦν ἐξετάζεσθαί φαμεν· δίδωσι γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις αἵρεσιν, ποῦ χρὴ πολεμεῖν· καὶ τὸν μὲν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεμον εὔκολον δείκνυσι· τὸν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς, χαλεπὸν καὶ φοβερόν.

τὴν ὑπάρχουσαν] Ἤγουν, ἡμετέραν.

μὴ λίαν] Φοβοῦμαι ἔξωθεν.

συνεισβαλοῦσιν] 1 Ὡς πολέμιοι εἰσελεύσονται εἰς τὴν 2 χώραν.

ἀλλ' ὦ 'τᾶν] Ἀνθυποφορὰ στοχαστική· ἣν λύει ἐκ τεκμηρίων. Τὸ δὲ, ὦ τὰν, δύο μέρη λόγου εἰσίν· ὦ καὶ ἐτᾶν, ὅ ἐστιν, ὦ ἑταῖρε.

οὐχὶ βουλήσεται] Ὁ Φίλιππος δηλονότι.

εἰ ἃ νῦν] Τὸ ἐφ' ὑμᾶς ἐλθεῖν.

ὅμως ἐκλαλεῖ] Ὅτι ἔρχωμαι

1 Οἱ. 2 πόλιν.

ἐπὶ

μέντ' ἂν εἴη, εἰ ἃ νῦν ἄνοιαν ὀφλισκάνων, ὅμως ἐκλαλεῖ, ταῦτα δυνηθεὶς μὴ πράξει. Ἀλλὰ μὴν ἡλίκα γ' ἐστὶ τὰ διάφορα ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, οὐδὲ λόγου προσδεῖν ἡγοῦμαι. Εἰ γὰρ ὑμᾶς δεήσειεν αὐτοὺς τριάκοντα ἡμέρας μόνας ἔξω γενέσθαι, καὶ ὅσα ἀνάγκη στρατοπέδῳ χρωμένους, τῶν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν, μηδενὸς ὄντος ἐν αὐτῇ πολεμίου λέγω, πλέον ἂν οἶμαι ζημιωθῆναι τοὺς γεωργοῦντας ὑμῶν, ἢ ὅσα εἰς ἅπαντα τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον δεδαπάνησθε. Εἰ δὲ δὴ πόλεμός τις ἥξει, πόσα χρὴ νομίσαι ζημιωθήσεσθαι; Καὶ πρόσεσθ' ἡ ὕβρις· καὶ ἔτι ἡ τῶν

ΣΧΟΛΙΑ.

ἐπὶ τὴν Ἀττικήν. Ἄρα ἐὰν δυνηθῇ ταῦτα ποιῆσαι, οὐ πράξει; Ζητητέον δὲ, πῶς ἐν τοῖς ἄνω δεινὸν αὐτὸν καλέσας, καὶ εἰδότα χρήσασθαι πράγμασιν, ἐνταῦθα μωρὸν ἀποκαλεῖ. Λέγομεν ὅτι ἀπὸ πολλῆς ἐπιθυμίας τοῦ βούλεσθαι αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἐλθεῖν, ποιεῖ αὐτὸν μὴ δυνάμενον ἑαυτοῦ κατασχεῖν, ἀλλὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἐκλέγοντα.

οὐδὲ λόγου] Οὐ δεῖ γὰρ, φησὶ, τὰ ὁμολογούμενα κατασκευάζειν· καὶ δύο κακῶν προκειμένων (κακὸν γὰρ ὁ πόλεμος) αἱρεῖται τὸ ἧττον.

ἔξω γενέσθαι,] Οὐχ ἁπλῶς ἔξω τῆς πόλεως, ἀλλὰ ἔξω τῆς χώρας ἐν τῇ Μακεδονίᾳ.

γεωργοῦντας] Οὐχ ἁπλῶς τοὺς σκάπτοντας τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τοὺς κεκτημένους ἀγρούς.

τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον] Τὸν περὶ Ἀμφίπολίν φησιν, εἰς ὃν χίλια διακόσια τάλαντα ἀνηλώθη.

προσ-

τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημία τοῖς γε σώφροσι.

ιά. Πάντα δὴ ταῦτα δεῖ συνιδόντας ἅπαντας, βοηθεῖν καὶ ἀπωθεῖν ἐκεῖσε τὸν πόλεμον· τοὺς μὲν εὐπόρους, ἵν᾽ ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ὧν, καλῶς ποιοῦντες, ἔχουσι, μικρὰ ἀναλίσκοντες, τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς· τοὺς δ᾽ ἐν ἡλικίᾳ, ἵνα τὴν τοῦ πολεμεῖν ἐμπειρίαν ἐν τῇ τοῦ Φιλίππου χώρᾳ κτησάμενοι, φοβεροὶ φύλακες τῆς οἰκείας ἀκεραίου γένωνται· τοὺς δὲ λέγοντας, ἵν᾽ αἱ τῶν πεπολιτευμένων αὐτοῖς εὐθῦναι ῥᾴδιαι γένωνται. Ὡς ὁποῖ᾽ ἄττ᾽ ἂν ὑμᾶς περιστῇ τὰ πράγματα, τοιοῦτοι κριταὶ

ΣΧΟΛΙΑ.

προσισθ᾽] Τῇ ζημίᾳ παραφρόνησις.

σώφρωσι] Τοῖς συνετοῖς, τοῖς σώζουσι τὴν φρόνησιν.

Πάντα δὴ ταῦτα] Ἐντεῦθεν ὁ ἐπίλογος. Ἐκ τοῦ συμφέροντος κεφαλαίου τοὺς ἐπιλόγους εἴληφε. δεῖ γὰρ ἐκ τῶν ἰσχυρῶν ἀεὶ καὶ τῶν συνεκτικῶν, τὰς ἀνακεφαλαιώσεις καὶ τοὺς ἐπιλόγους λαμβάνειν.

ἐκεῖσε] Εἰς τὴν Μακεδονίαν.

τοὺς δ᾽ ἐν ἡλικίᾳ] Τοὺς δυναμένους ὅπλα φέρειν καὶ μάχεσθαι, τοὺς νεωτέρους· ἡλικία γὰρ ἐξαιρέτως ἐπὶ τῶν νεωτέρων· ἐν αὐτῇ γὰρ πάντα πράττειν δυνάμεθα· τοὺς δὲ ἔξω τῆς ἡλικίας, ἤτοι τοὺς γέροντας.

τοὺς δὲ λέγοντας,] Ἤτοι τοὺς ῥήτορας.

εὐθῦναι] Ἀπολογίαι καὶ κρίσεις φανεραὶ καὶ κάλλισται γένωνται.

αὐτοῖς]

κριταὶ καὶ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ἔσεσθε. Χρηστὰ δ' εἴη, παντὸς εἵνεκα.

ΣΧΟΛΙΑ.

αὐτοῖς] Τοῖς λέγουσι.

Χρηστὰ δὲ εἴη,] Εὐχὴν προστίθησι τῇ συμβουλῇ, οἷον, εἴθε γένοιτο, φησὶ, χρηστὰ, καὶ προβαίη καλῶς διὰ πάντας, οἷον διὰ τοὺς πλουσίους, τοὺς νέους, τοὺς ῥήτορας.

LIBANII ARGUMENTUM

IN

PHILIPPUM

ORATIONIS I.

ATHENIENSES, *cum bellum infeliciter contra Philippum gererent, in concionem convenerunt deſperabundi: Orator igitur & erigere abjectos animos conatur (neque enim eſſe mirum, ſi in tanta ſocordia victi ſint) & quâ ratione bellum rectiſſime adminiſtrent, docet. Jubet autem geminas copias comparari: alteras majores urbanas, quæ domi maneant, in omnem eventum paratæ; alteras minores, quæ militibus peregrinis conſtent, permiſtæ civibus, & eum exercitum non Athenis manere, neque ex urbe opem conferre jubet; ſed circa Macedoniam verſari, belligerantem continenter: ne flatu Eteſiarum Philippus obſervato, aut etiam hieme, cum Athenis in Macedoniam navigari non poſſit, rem aggrediatur, & per abſentiam Athenienſium omnia obtineat: ſed exercitum, qui cum eo dimicet, vicinum potius ei eſſe oportere cenſet.*

Aliud ARGUMENTUM

EX

TOURRELLO.

DEMOSTHENES, *triginta annos natus, primam contra Philippum Orationem habuit; Archonte Ariſtodemo, regni Philippi anno nono, Olympiadis autem centeſimæ ſeptimæ primo. Philippo, ſub initia ejus regni, obſtiterant Athenienſes; Argæumque, qui cum eo de ſummâ rerum certabat, ſtrenuè adjuverant. Vicit Philippus, pacem tamen cum iis, ut erat verſutus, miſſis legatis ultro iniit: ſive ut novum imperium ſtabiliret, ſive ut in eo proferendo felicius procederet. Igitur initium cepit ab Illyriis & Pæonibus ſubjugandis; deinde loca plurima, diverſaſque regiones, quæ Macedoniæ erant confines, quæque adeo plurimum ei conducebant, occupavit. Brevi ejus victoriæ commodum locum obtulere iis conſiliis exequendis, quæ contra Græciam meditabatur. Theſſali eum advocabant, ut à tyrannis eos liberaret; iſque, ſub liberatoris nomine, ipſum quod ſuſtuliſſe viſus eſt in eos imperium exercuit. Eorum oppidis in ditionem ſuam receptis, facilem inde atque opportunam in Phocenſes invadendi occaſionem arripuit; hoc maxime prætextu, quod*

Theſſalorum hoſtes eſſent, Athenienſibus verò amicitiâ conjunctiſſimi. Bellum itaque iis indixit; annoque hanc orationem præcedente magno eos prælio ſuperavit. Hâc victoriâ elatus eos ſubjugandi ſpem cepit; adque Thermopylas profectus eſt, quâ unicus patet tranſitus ex Theſſaliâ in Phocidem euntibus. Athenienſes, audito ejus itinere, quod quo tenderet cum ipſis tum Græcis omnibus erat pertimeſcendum, ad anguſtias Thermopylarum confluxerunt; iiſque opportuno tempore occupatis, Philippo, ne in Græciam tranſiret, viam obſtruxere. Periculi tam magni, à quo recens liberati ſunt, memoria uſque animis inhærebat; utque rebus ſuis vel adhuc diffiderent, effecit. Demoſthenes, hâc eorum diſpoſitione uſus, vivam iis imaginem depingit imminentis periculi quod iis effrænata Philippi ambitio minitatur, quamque maturè cauto opus ſit in animos ſtudet ingerere. Quando igitur, ob rapidum Philippi progreſſum, armorumque ejus ſucceſſum, Athenienſes tantum non deſperarent; primum animos iis addere aggreditur Orator; unicam calamitatum cauſam eorum ignaviam eſſe dicens; deinde belli gerendi rationem proponit, aptam ſane cum eorum negligentiæ corrigendæ, tum ipſi infortuniorum ſorti & origini auferendæ, atque adeo ſpei faciendæ melioris in poſterum fortunæ. Ejus ſumma eò redit, ut duos colligant exercitus; quorum unus, iſque major, ex civibus ſolis conflatus, ſemper in procinctu ſtet, ad defendendam Atticam; alter minor, quique partim civibus, partim

tim peregrinis conſtet, circa Macedoniæ confinia ſine ullâ intercapedine volitet, hoſtem obſervet, vexet, atque ex propinquo aggrediatur; ne, abſentibus Athenienſibus, quum aut anni tempeſtas aut venti impediant quo minus in ejus regnum claſſe applicent, liberè conſilia capiat, nulloque negotio exequatur quicquid aggredi in animum induxerit. Quod ad Chronologiam attinet, in eo quod primam Philippicam ante Olynthiacas ponam, de communi opinione diſcedo: nequis tamen ſingularia me affectare ideò exiſtimet; quum optimos duces ſecutus fuerim, Dionyſium *nempe* Halicarnaſſenſem, & Diodorum Siculum. *Rationes in Notis reddentur: ubi hujuſce Orationis ordinem validiſſimis inſuper, ni fallor, conjecturis ſtabilivimus.*

DEMOSTHENIS

PHILIPPICA I.

I. SI de novâ aliquâ re dicere propoſitum eſſet, Athenienſes, continens me, dum plurimi eorum quibus mos eſt ſententiam ſuam aperuiſſent, ſi quid mihi ab illis dictum placuiſſet, quieviſſem; ſin minus, tum & ipſe quæ ſentio conatus eſſem fari. Quoniam vero ita accidit, ut quibus illi de rebus jam ante ſæpenumerò dixerunt, hæ nunc in deliberationem vocentur, arbitror me, quamvis primus ad dicendum ſurrexerim, jure tamen veniam nacturum eſſe. Si enim ſuperiori tempore bene iſti conſuluiſſent, novo jam conſilio haud opus eſſet.

II. PRIMUM igitur, Athenienſes, non eſt de præſentibus rebus, ne ſi vehementer afflictæ eſſe videantur, deſperandum vobis. Nam quod in eis ex præterito tempore eſt peſſimum, id ipſum eſt ad ea quæ reſtant optimum. Quid igitur hoc eſt? Veſtrâ nimirum, Athenienſes, factum eſſe ſocordiâ & officii neglectu ut res noſtræ ſint adverſæ. Nam ſi, vobis omnia quæ decuit agentibus, res ita ſe haberent, ne ſpes quidem reliqua eſſet fore eas aliquandò meliores. Deinde cogitan-

cogitandum, id quod & ex aliorum famâ diſcitis, & ipſi ex memoriâ veſtrâ ſcitis, quantâ aliquando potentiâ præditis Lacedæmoniis, idque non ita olim, quam præclarè, atque ut vos decebat (nihil hujus Reipublicæ dignitati alienum admiſiſtis, verum) pro communi Græciæ libertate bellum contra illos ſuſtinuiſtis. Quorſum vero hæc dico? Ut perſpicere poſſitis, Athenienſes, atque animadvertere, neque præcaventibus vobis quicquam eſſe formidabile, neque ſi negligentes ſitis, tale quid quale vos vultis eventurum eſſe, exemplis utentes, potentiâ quæ tum fuit Lacedæmoniorum, quam, rebus veſtris animos applicando, ſuperâſtis; & hujus, quæ nunc eſt, inſolentiâ, proper quam æſtuamus, eo quod nihil eorum quæ oportuit curavimus.

III. Quod ſi quis veſtrûm, Athenienſes, Philippum penè inexpugnabilem eſſe arbitretur, conſiderans cum multitudinem copiarum quæ nunc illi competunt, tum omnia præſidia urbi noſtræ periiſſe; rectè ſanè exiſtimat. Idem tamen hoc cogitet, fuiſſe aliquando in noſtrâ poteſtate Pydnam, Potidæam, Methonam, & omnem illam undique adjacentem regionem. Plurimas etiam, quæ cum illo nunc ſunt, gentes ſuis legibus ac liberas vixiſſe, vobiſque maluiſſe, quam illi, amicitiâ conjungi. Si igitur Philippus in hâc tum opinione fuiſſet, difficile eſſe bellum gerere cum Athenienſibus, qui tales arces additionem

ipſius oppugnandam haberent, quum eſſet ipſe ſociis deſtitutus, nihil eorum, quæ nunc fecit, egiſſet; neque tantam potentiam eſſet conſecutus. Sed hoc, Athenienſes, præclarè ille novit, hæc loca omnia eſſe belli præmia, in medio poſita, naturam etiam ita ferre, ut præſentibus cedant quæ ſunt abſentium, & volentibus labores ac pericula adire quæ ſunt negligentium. Hâc ille ſententiâ uſus, omnia ſubegit & tenet, alia ut bello capta quis teneat, alia ſocietatibus atque amicitiis ſibi devincens. Etenim cum his ſocietatem inire, atque his adhærere, volunt omnes, quos inſtructos eſſe vident, & ea quæ oportet agere paratos.

IV. Si igitur vos etiam, Athenienſes, hoc animo eſſe nunc velitis, quando quidem prius non fuiſtis; & unuſquiſque veſtrûm, quibus in rebus debet & poteſt Reipublicæ ſe utilem præſtare omni omiſsâ diſſimulatione, aliquid navare ſit paratus; nimirum, qui dives eſt, tributa conferre, qui vero in ætate eſt bello aptâ, militare, denique ut uno verbo ſimpliciterque dicam, ſi ad vos ipſos redire volueritis, & deſieritis quiſque veſtrûm ſperare nihil ſe facturum eſſe, alium verò pro ipſo omnia eſſe geſturum, *tum* & quæ habetis, Deo volente, retinebitis, & quæ per negligentiam ſunt amiſſa recuperabitis, pœnaſque de illo ſumetis. Neque enim exiſtimetis, illi tanquam Deo cuidam, præſentem ejus fortunam

immo-

immobilitèr fixam eſſe in perpetuum: eſt enim qui illum odit, quique metuit, quique invidet, etiam ex iis qui jam illi amiciſſimi eſſe videntur; & profectò omnia, quæcunque in aliis quibuſvis hominibus reperiuntur, hæc in iis etiam qui cum illo ſunt ineſſe exiſtimandum eſt. Hæc verò omnia præ metu nunc ſe abſcondunt, cum nullum habeant confugium, propter veſtram tarditatem, & ſocordiam, quam *vobis* jam eſſe abjiciendam dico. Videtis enim rem, Athenienſes, quò protervitatis evaſit homo, qui ne quidem optionem vobis dat aut belli gerendi, aut otium agendi, ſed minitatur, & ſuperbis, ut fama eſt, ſermonibus utitur; neque adduci poteſt ut, quæ jam ſubegit retinens, his acquieſcat; ſed perpetuo quid amplius molitur, & circum undique cunctantes vos, atque ſedentes, velut indagine cingit.

V. Quando igitur, Athenienſes, quando quæ oportet facietis? Ubi aliquid acciderit? Ubi, credo, neceſſitas aliqua fuerit? De præſenti igitur rerum ſtatu quæ vobis opinio eſſe debet? Ego enim arbitror, liberis hominibus maximam eſſe neceſſitatem, ex rebus geſtis ſuſceptum dedecus. Num vultis, quæſo, circumcurſitantes alius alium percontari in foro, Diciturne aliquid novi? Quid enim magis novum fieri poteſt, quam hominem Macedonem Athenienſes bello ſubigere, Græciæque *pro ſuo libitu* res adminiſtrare? Mortuuſne eſt

Philippus? Non, per Jovem: atqui ægrotat. Quid vero hoc veſtrâ intereſt? Etſi enim moriatur ille, brevi vos alium Philippum *vobis* facietis, ſi animos rebus *veſtris* hoc modo adhibeatis. Neque enim is ſuis tantum viribus crevit, quantum noſtrâ negligentiâ. Itaque ſi quid ei acciderit, vobiſque Fortuna faverit, quæ ſemper melius nos *curavit*, quam curamus ipſi, atque hoc effectum reddiderit; ſcitote quod, ſi in propinquo ſitis, rebus turbatis omnibus imminentes, ita ut voletis eas adminiſtrare poteritis; ut vero nunc vobis eſt, ne quidem ſi tempora Amphipolim vobis traderent, accipere *eam* poſſetis, veſtris & apparatibus & ſententiis fluctuantes.

VI. Oportere igitur omnes paratos eſſe quæ *in ſingulos* conveniunt ultro facere, tanquam ſcientibus vobis atque perſuaſis, diutius dicendo non immoror. Rationem verò apparatûs, quem talibus vos negotiis liberaturum eſſe putem, & magnitudinem quantam *eſſe oportet*, ac rationes pecuniæ comparandæ quaſnam, cæteraque quomodo mihi optimè atque celerrimè videntur inſtruenda, continuò conabor dicere: *hoc* tantillum vos precatus, poſtquam omnia audieritis, judicate; nec *quæ ego dicturus ſum* anticipate, neque, ſi cui initio videar novum apparatum dicere, res a me procraſtinari *is ideò* exiſtimet. Etenim qui illico atque hodie *rem geri debere* dicunt, non maxime ad utilitatem loquuntur; (neque

enim

enim quæ jam nobis contigerunt auxiliis nunc miſſis defendere poſſemus), verum quiſquis oſtenderit, qualis apparatus *qui a nobis* comparatus *fuerit*, quantuſque, & unde *ſuſtentatus* durare poterit, quoad aut bellum perſuaſi finiverimus, aut hoſtes ſuperavimus. Ita enim, nullis in poſterum injuriis laceſſemur. Ego igitur hæc dicere me poſſe arbitror, non impediens ſi quis alius pollicetur aliquid. Promiſſum igitur adeò magnum: ipſa verò res in examen jam veniet, judices autem vos eritis.

VII. Primum igitur, Athenienſes, triremes quinquaginta inſtrui oportere dico; deinde vos eo animo eſſe, ut, ſiquid opus fuerit, ipſis in eas conſcendentibus ſit navigandum. Præterea, dimidiæ equitum parti triremes hippagogas, atque *alia* navigia ſufficientia ornari jubeo. Hæc equidem cenſeo præſto eſſe oportere, contra repentinas ejus e ſuâ regione expeditiones, ad Thermypolas, & Cherroneſum, atque Olynthum, nec non quò libet. Namque opus eſt, hoc in ejus animum ſubire, vos ex immodicâ hâc negligentiâ, ſicut ad Eubœam, & priùs aliquando, ut ferunt, ad Haliartum, & poſtremò nuper ad Thermopylas, fortaſſe erupturos. Non omnino, tametſi non feceritis, ut ego faciendum eſſe dico, fuerit *hoc* contemnendum: ut vel præ metu, ſi ſcierit paratos eſſe vos (certò enim ſciet: ſunt enim, ſunt apud vos ipſos, qui de omnibus

nibus rebus eum certiorem faciunt, plures quam expedit) otiam agat; vel, his deſpectis, incautus opprimatur: nihilo obſtante quo minus in ejus regnum, ſi per occaſionem licuerit, navigetis.

VIII. Hæc igitur ſunt, quæ a vobis decerni oportere dico, quæque ut inſtruantur convenire arbitror. Præter hæc, copias aliquas, Athenienſes, in procinctu habendas cenſeo, quæ continentur belligerent, & illum infeſtent ne mihi *quis dicat* decies mille, neque vicies mille peregrinos; neque conductitios illos exercitus; eas volo copias, quæ civibus conſtent: quæ ſive vos unum, ſive plures, ſive illum, ſive quemcunque ducem creaveritis, ei pareant, & ſequantur; & his commeatum curari jubeo. Quæ autem erunt hæ copiæ, & quantæ, & unde commeatum habituræ ſint, & quomodo hæc facere poſſitis, ego dicam & horum ſingula ſeorſum explicabo. Peregrinos dico (neque id feceritis, quod ſæpe vobis nocuit, dum minora putatis omnia quam oporteat, & maxima in decretis ſuſpicientes, cum ad rem ventum eſt, ne parva quidem facitis, ſed ubi parva feceritis & comparaveritis, illis adjicite, ſi minora videbuntur) dico igitur univerſos milites eſſe oportere, bis mille. Ex his, Athenienſes oportere eſſe dico quingentos, e quacunque illi deligendi vobis ætate videbuntur, qui certum tempus militent; non longum illud, ſed quantum commodum eſſe vide-

videbitur, ut ſubinde aliis alii ſuccedant, reliquos peregrinos eſſe jubeo: & cum his equites ducentos, quorum quinquaginta ſint Athenienſes minimùm, eodem quo pedites modo militaturi, & hippagines quibus hi utantur. Eſto: quid ad hæc amplius? Celeres triremes decem: opus enim nobis eſt, cum ille claſſem habeat, etiam velocibus triremibus, ut tutò copiæ navigent.

IX. Unde igitur hæ alentur? Ego & hoc dicam & oſtendam, poſtquam, cur tantulas copias ſatis eſſe putem, & cives militare jubeam, docuero; tantulas, Athenienſes, propterea quòd nobis nunc exercitum parare non licet, qui collatis ſignis cum eo dimicet; ſed latrocinari eſt neceſſe, & hâc gerendi belli ratione utendum primùm. Quare nec immenſas eas (nec enim ſtipendia & commeatus ſuppetunt) nec prorſus exiguas eſſe oportet. Cives autem adeſſe, & navigare unà propterea jubeo, quòd priùs etiam aliquando audio peregrinum aluiſſe Corinthi militem *noſtram* urbem, cui Polyſtratus præfuerit, & Iphicrates & Chabrias, & alii quidam, & voſmetipſos unà militaſſe: &, ut auditione cognovi, peregrini illi vobiſcum conjuncti, & vos cum illis Læcedæmonios vicerunt. Poſtquam autem ipſi peregrini per ſeſe bella vobis obeunt, amicos vincunt & fœderatos; hoſtes autem facti ſunt majores quàm expediret: & cum ad bellum *noſtræ* urbis obiter reſpexerint, ad Artabazum

bazum & quovis gentium potiùs abeunt; imperator eos ſequitur: non injuriâ: neque enim is imperare poteſt, qui ſtipendia non ſolvit. Quid igitur jubeo? cauſas adimi & duci & militibus, mercede numerandâ: & domeſtico milite, velut eorum inſpectore quæ a duce geruntur, adjungendo. Nam ut nunc fit, ridicula eſt noſtra rerum adminiſtratio. Si quis enim vos roget, Pacemne agitis, Athenienſes? Minimè verò nos quidem, dicturi ſitis; ſed cum Philippo bellum gerimus. Nonne verò creâſtis e veſtris civibus decem centuriones, & duces, & tribunos, & magiſtros equitum duos? Iſti verò quid agunt, uno illo excepto quem ad bellum miſeritis? reliqui pompam vobis ducunt cum ſacrificulis. Ut enim ii qui luteos fingunt, in forum creatis centuriones & tribunos, non ad bellum. An non oportuit, Athenienſes, centuriones cives, magiſtros equitum cives, magiſtratus domeſticos eſſe, ut revera eſſent copiæ civitatis? At in Lemnum *ſcilicet* oportet magiſtrum equitum qui e vobis eſt navigare: eorum autem qui pro Reipublicæ poſſeſſionibus præliantur, Menelaum eſſe magiſtrum equitum. Neque hæc hominis reprehendendi causâ dico: ſed a vobis eum creatum eſſe oportebat, quiſquis tandem ſit.

X. Fortassis autem hæc rectè dici putatis: de pecuniâ verò, quanta erit & unde *comparanda* maxime audire cupitis. Id igitur ſanè expediam. Ea eſt pecuniæ ratio, ut ad

alendum

alendum hunc exercitum, & cibaria duntaxat militibus comparanda, nonaginta ſint talenta numeranda, & paulo amplius: decem celeribus navibus quadraginta talenta, vicenæ minæ in navem ſingulis menſibus: militum duobus millibus totidem alia, ut duas ſinguli milites drachmas in menſem pro cibariis accipiant: equitibus ducentis numero, ſi tricenas drachmas in menſem accipiant ſinguli, duodecim talenta. Si quis verò putat, commeatum parvo eſſe ſubſidio iis qui militant, non rectè ſentit. Ego enim compertum habeo, ſi hoc factum fuerit, ipſum exercitum e bello ſibi reliqua comparaturum, ſine ullâ, vel Græcorum, vel ſociorum injuriâ, ut integrum ſtipendium habeat. Atque ego ultro navigans unà, quidvis pati paratus *ſum* niſi hæc ita erunt. Unde igitur pecunia, quam requiro a vobis, comparabitur? Hoc jam dicam.

PECUNIARIA RATIO.

XI. QUÆ nos, Athenienſes, excogitare potuimus, hæc ſunt. Poſtquam autem ſententias rogaveritis, ea quæ vobis probata fuerint, decernite: ut non tantùm decretis & literis belligeratis cum Philippo, ſed etiam factis. Multò autem meliùs, ut mihi videtur, de bello & tota inſtructione deliberabitis, ſi ſitum, Athenienſes, regionis cui bellum inferetis, conſiderabitis, & cogitabitis,

bitis, ventis & anni temporibus anticipatis, pleraque perficere Philippum: & exſpectatis Eteſiis, aut hieme, bellum aggredi, cum nos illuc pervenire non poſſumus. His itaque conſideratis non mittendo tumultuario milite vobis bellandum eſt (omnibus enim *occaſionibus* præveniemur) ſed inſtructione perpetuâ atque exercitu. Licebit autem vobis Lemni, & Thaſi, & Sciathi, & in aliis illius loci inſulis hibernare cum exercitu: in quibus & portus, & frumentum, & omnia quæ requirit exercitus, parata ſunt. Anni autem tempus, cum & appellere ad terram facile *ſit*, & a ventis juxta ipſam regionem, & emporiorum fauces, *verſantibus* nihil ſit periculi, haud difficulter intelligetis. Quomodo igitur, & quando, utendum ſit exercitu, *id* dux a vobis deſignatus pro temporis ratione conſtituet. Quæ autem a vobis præſtari debeant, hæc ſunt quæ ego ſcripſi.

XII. Quod ſi hanc, Athenienſes, pecuniam comparaveritis, primùm quam dico; deinde cætera etiam omnia perfectè inſtruxeritis, milites, triremes, equites; omneſque copias lege obſtrinxeritis, ut bello continentur incumbant, ipſique vos, pecuniæ quæſtores & præbitores, ab imperatore rerum geſtarum rationes requiretis: iiſdem de rebus ſine ullo ſucceſſu perpetuò deliberare deſinetis. Accedit illud etiam, Athenienſes, maxima illi emolumenta intercipietis. Ea quæ ſunt? a noſtris ſociis extortâ

pecuniâ

pecuniâ nos oppugnat, navibus hoſtiliter diripiendis. Quid præterea? Vos illud eritis conſecuti, ut vobis noceri non poſſit: non ea fient, quæ ſuperiori tempore, cum, in Lemnum & Imbrum factâ impreſſione, veſtros cives captivos abduxit: & ad Geræſtum captis *veſtris* navibus, immenſam pecuniæ vim coegit; poſtremò in Marathonem exſcendit, & ſacrâ triremi e noſtrâ ditione abreptâ, abiit: vos autem neque hæc prohibere potuiſtis, nec quibus maxime velletis temporibus opitulari.

XIII. Verum cur tandem putatis, Athenienſes, Panathenæorum ferias, & Bacchanalium ſemper convenienti tempore fieri, ſive peritis harum utrarumque curatio ſorte obvenerit, ſive imperitis? in quas tantos ſumptus facitis quantos nec in unam claſſis emiſſionem: & tantam turbam adhibetis, & tantum apparatum, quantum haud ſcio an ulla omnium habeat: claſſes autem omnes veſtras occaſionibus demum amiſſis venire, illa Methonem, illa Pagaſas, illa Potidæam *miſſa?* Quod illa omnia lege ſancita & ordinata ſunt, & quiſque veſtrûm multò antè novit, quis Ædilis aut Gymnaſiarchus ſuæ tribûs, quando & a quo, & quid accipiendum, quidque faciendum ſit. Nihil non exquiſitum, nihil non definitum, nihil denique neglectum eſt. In rebus autem bellicis, & belli apparatione, inordinata, indefinita, incompoſita omnia. Quapropter ſimulatque audivimus aliquid; &

triremium

triremium præfectos conſtituimus, & inter eos permutationes opum inſtituimus, & de parandæ pecuniæ ratione deliberamus; poſtea decernitur, ut inquilini conſcendant, & libertini, qui ſuam ipſi rem familiarem adminiſtrant. Deinde ut cives illis iterum ſuccedant. Sic interim dum hæc prorogatis, interierunt ea ad quæ *conſervanda* claſſem mittimus ante adventum noſtrum. Nam rei gerendæ tempus in apparando conſumimus, rerum autem occaſiones non exſpectant noſtram tarditatem & ſocordiam. Quas verò interjecto tempore copias nos habere putamus, eæ, cum ad ipſam rem ventum eſt, nihil poſſe gerere deprehenduntur. Ille autem eò venit inſolentiæ, ut ſcribat Eubœenſibus tales jam literas.

L I T E R Æ.

XIV. HÆC igitur, Athenienſes, quæ lecta ſunt, vera pleraque ſunt, aliter quam oportebat: non autem fortaſſe jucunda ſunt auditu. Verum ſi res, offenſionis vitandæ causâ, ut taceri a dicente, ſic etiam revera poſſent amoveri, ad voluptatem auditorum conciones inſtituendæ eſſent. Sin orationis jucunditas, alieno tempore uſurpata, reipſa detrimentoſa ſit; turpe eſt ſemetipſum decipere, & ea omnia quæ moleſta ſunt differendo, negligere omnes rei gerendæ occaſiones, ac ne illud quidem poſſe intelligere, eorum

eorum eſſe officium qui bellum adminiſtrant non ſequi res, ſed rebus antecedere: & quemadmodum receptum eſt, ut exercitum ducat imperator, ſic & a cordatis viris res ducendas eſſe, ut quæ ipſis videntur, ea gerantur, non ut eventum perſequi cogantur. Vos autem, Athenienſes, cum copias habeatis omnium maximas, triremes, legiones, equites, pecuniæ reditus, ne harum quidem rerum in hunc uſque diem ullâ unquam opportune eſtis uſi, & neminem non ſequimini; & ut barbari pugiles dimicare ſolent, ita vos bellum geritis cum Philippo. Ex iis enim, is qui ictus eſt, ictui ſemper inhæret: quòd ſi eum alibi verberes, illò manus transfert: ictum autem depellere, aut contra intueri neque ſcit, neque vult. Ita & vos: Si eſſe in Cherſoneſo Philippum auditis, illuc mittenda eſſe auxilia decernitis: Si in Pylis, illuc itis; ſi alibi uſpiam, aſſectamini ſurſum & deorſum: & eum ut ducem milites, ſequimini, neque ullum vobis utile de belli gerendi ratione conſilium initis; neque quicquam proſpicitis, antequam aut factum eſſe aliquid, aut fieri audiatis. Iſta vero factitare olim fortaſſe licuit: nunc in ipſum diſcrimen rerum ventum eſt. Quare non jam idem licet.

XV. Ac mihi cogitanti videtur, Athenienſes, deorum aliquis, quem *noſtræ* urbis gratiâ, eorum quæ fiunt, pudet, illum rerum gerendarum ardorem injeciſſe Philippo. Qui

ſi

ſi quæ ſubegit & intercepit, ea tenere & quieſcere vellet, neque quicquam præterea moliretur: veſtrum quidam ea non ægre laturi mihi viderentur, quæ reipub. dedecus & ignaviæ crimen & ſumma omnia probra attuliſſent. Nunc dum ſemper aggreditur aliquid & plus appetit, fortaſſe vos evocabit, niſi de vobis omnino deſperaſtis. Ego verò miror, ſi nemo veſtrûm neque cogitat, neque indignatur, quando videt, Athenienſes, bellum cœpiſſe initium de ulciſcendo Philippo: finem autem in eo jam verſari, ne ipſi cladibus afficiamur a Philippo. Verùm eum non quieturum, perſpicuum eſt, niſi ab aliquo coerceatur. Id igitur nos exſpectabimus: & triremes vacuas, & ſpem a neſcio quo factam ſi miſeritis, omnia præclare ſe habere putabitis? Non conſcendemus *naves?* non exibimus ipſi parte ſaltem aliquâ domeſticorum militum nunc, ſiquidem id priùs factum non eſt? non ditionem ejus claſſe invademus? At quò appellemus, roget aliquis? Aperiet quà vitioſæ ſint res Philippi bellum ipſum, Athenienſes, modo aggrediamur. Verùm ſi domi ſedebimus, convicianteś audituri & criminantes inter ſe oratores; non fieri ullâ ratione unquam poteſt ut quicquam rite conficiamus. Nam, ut mea quidem fert opinio, quocunque pars aliqua civitatis ablegabitur, tametſi tota non adſit, ibi & deorum & fortunæ benevolentia nobis opitulabitur. Cum autem imperatorem,

& decretum inane, & ſpes concionales mittitis, nihil a vobis feliciter geritur: ſed ut hoſtes derident iſtiuſmodi expeditiones, ita ſocii metu emoriuntur. Non enim poteſt, non poteſt fieri, ut unus vir unquam vobis ea conficiat omnia, quæ vultis; polliceri quidem & affirmare, & accuſare hunc & illum licet; ſed hiſce rationibus omnia perierunt. Nam cum Imperator miſeros peregrinos ſine ſtipendio ducat; qui verò de rebus illic ab eo geſtis, ad vos ex hoc loco expeditè mentiantur extiterint; & vos ex auditu, quicquid in mentem venerit, temerè decreveritis: quid, quæſo vos, exſpectandum eſt? Sed quodnam iſtis malis remedium invenietur? Hoc: ſi voſmetipſos, Athenienſes, oſtenderitis & milites & teſtes actorum ducis: &, ubi domum reverſi fueritis, judices rationum referendarum: ita ut non tantùm quæ veſtra ſunt audiatis, verùm etiam præſentes intueamini. Nunc eò flagitii ventum eſt, ut quique duces bis & ter capitis cauſam apud vos dicant, cum hoſtibus autem eorum nemo vel ſemel de vitâ dimicare ſuſtineat: utque plagiariorum & furum interitum honeſtæ morti præferant. Malefici enim eſt, judicum ſententiâ condemnatum emori: ducis, cum hoſtibus præliantem.

XVI. Vestrûm autem alii circumeuntes, cum Lacedæmoniis agere dicunt Philippum,

de Thebanorum everſione, & reſpub. divellere: alii, eum miſiſſe legatos ad regem *Perſarum:* alii oppida munire in Illyriis: alii, ſuas quiſque commenti fabulas obambulamus. Ego verò equidem exiſtimo, Athenienſes, ebrium eſſe eum rerum geſtarum magnitudine, & ejuſmodi ſomnia multa ſuo cum animo agitare; cùm quia vidit neminem eſſe qui impediat, tum ſucceſſibus elatum: non tamen eum ſic agere inſtituiſſe, ut qui apud nos ſunt ſtolidiſſimi norint quid ille ſit facturus. Stolidiſſimi enim ſunt iſti rumigeruli. At ſi, his omiſſis, illud ſpectemus, hominem eſſe nobis inimicum: & noſtras nobis opes eripere: & longo jam tempore inſolenter ſe geſſiſſe: & quæcunque ſperavimus aliquem pro nobis eſſe acturum, ea, ut conſtat, contra nos eſſe omnia: & cætera in nobiſmetipſis eſſe poſita: & ſi nunc illic belligerare noluerimus cum eo, idem fortaſſe nobis hîc facere neceſſe fore: hæc ſi ſtatuerimus, & rectè ſentiemus, & inanes fabulas miſſas faciemus. Neque enim, quæ ſint futura, quærendum eſt: ſed adverſa futura (niſi rebus gerendis intenti fueritis, & fungi officio volueritis) pro comperto habendum.

XVII. Ego igitur nec unquam aliàs ad gratiam loqui inſtitui, niſi idem & profuturum vobis perſuaſum haberem: & nunc quæ ſentio ſimpliciter omnia, ſine ullâ tergiverſatione,

ſatione liberéque ſum elocutus. Velim autem, ut exploratum habeo, e re veſtra eſſe, ut ea quæ optima ſunt, audiatis: ſic ſcire me etiam fideliſſimo ſuaſori idem profuturum. Multò enim minùs gravatè dixiſſem. Nunc, quanquam obſcurum eſt, quidnam hinc conſecuturus ſim; tamen, quia perſuaſum habeo hæc factu vobis fore utilia, dicere inſtitui. Vincat autem id quod vobis omnibus profuturum eſt.

LIBANII ARGUMENTUM

IN

OLYNTHIACAM

(Juxta ipſum) SECUNDAM.

ADMISERANT *legationem Olynthiorum Athenienſes, & auxilia eis decreverant: ſed expeditionem differebant, metuentes, ne ſibi difficile cum Philippo bellum eſſet futurum. Demoſthenes igitur progreſſus, confirmare populum ſtudet: atque oſtendit quàm infirmæ ſint opes Macedonis. Nam & ſociis eum ſuſpectum eſſe ait, & ſuis viribus parùm valere, quum Macedones per ſe infirmi ſint.*

ARGU-

ARGUMENTUM

PRIMÆ OLYNTHIACÆ.

EX

TOURRELLO.

INTER *primam Philippicam primamque Olynthiacam Orationem, quatuor annorum intervallum interceſſerat. Id quidem ex* Diodoro Siculo *atque* Dionyſio Halicarnaſſenſi, *quibus ſemper uſus ſum in re Chronologicâ auctoribus, planè colligendum eſt. Hic nempe docet, quo quamque orationem Archonte dixerit Demoſthenes; ille, quo anno ſinguli Archontes magiſtratum habuerint. Itaque eorum auctoritate fretus, tres Olynthiacas orationes duodecimo regni Philippi anno, ſive quarto Olympiadis centeſimæ ſeptimæ, habitas fuiſſe ſtatuo.* Dionyſius Halicarnaſſenſis, *parum ſe feciſſe ratus, quòd illarum Epocham tradiderit, quo etiam dictæ ſunt ordine definit: dicitque primæ initium eſſe,* ἐπὶ πολλῶν; *ſecundæ,* οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταται; *tertiæ verò,* ἀντὶ πολλῶν. *Nihil expreſſius, nihil clarius dici poteſt. Scholiaſtæ tamen atque Interpretes ipſius teſtimonio omninò nihil tribuunt; omneſque quaſi conjurant ad hunc ordinem turbandum; quem denuò reſtituere mibi viſum eſt: quippe qui hâc*

in re autorum ſuffragia potiùs perpendenda eſſe quàm numeranda duxerim. Iis, qui autoritatibus modò laudatis noluerint obtemperare, rationibus, quas in Notis reddidimus, me ſatisfacturum ſpero. Quin ut ad rem veniamus. Olynthus, Thraciæ urbs, a Græcis Chalcide, EubϾ oppido, Coloniâ vero Athenienſi, oriundis occupata eò paulatim magnitudinis pervenit, ut in magna ſæpe bella & cum Athenienſibus, & cum Lacedæmoniis, inciderit. Circumſpectiùs ne quidem cum Philippo egerunt Olynthii, quum ille ingreſſus imperium, omnibus quibus poſſet modis, in eo ſe confirmare ſtuderet: duos enim fratres ejus, quos, ex novercâ genitos, veluti participes regni interficere geſtiebat, profugos apertè receperunt. Interea Philippus, parum adhuc in regno confirmatus, iracundiæ diſſimulandæ maturè artem exercuit, & illatæ injuriæ memoriam minime retinere viſus, ſocietatem cum iis ultrò petiit, imò potiùs mercatus eſt, non ſolùm Anthemuntem iis cedendo, de quâ cum regibus Macedoniæ diu illis contentio fuerat, verùm datâ etiam Potidæâ, quam conjunctis ſibi eorum copiis, ideò ut iis eam traderet, ab Athenienſibus præripuerat. Citò periit beneficiorum quæ ab illo acceperant memoria; ſubitiſque ejus potentiæ incrementis perterrefacti, tum magis adhuc quod infidum eum eſſe manifeſtè deprehenderent, id unicè curabant Olynthii, ut opportuno tempore ejus ſe ſocietate extricarent; quod ni facerent, ut ei aliquando in ſervitutem ceſſuri eſſent verebantur. Itaque abſentem

ſentem nacti Philippum, miſiſque ad Athenienſes legatis, privatam illicò cum iis pacem confecere. Reverſus Philippus eos perjurii incuſat, quippe qui mutuam pactionem violaſſent, quâ, cum in bello tum in pace, cum ipſo cunjunctim agere tenerentur; minas deinde factis hoſtilibus inſecutus eſt, læſæque fidei ulciſcendæ prætextu Olynthios obſidione cingit. Ii ſimul atque ingruentem procellam ſentirent, ad Athenienſes ſtatim confugere, utque auxilia celeriter mitterent orabant. Legati, prout mos erat, mandata ſua in comitiis Populo exponebant, quem ſolum penes erat aut comprobare poſtulatum aut repudiare. Rei momentum de quo erat deliberandum effecit ut frequentiſſimus eſſet Oratorum concurſus. Suggeſtum ordine conſcendebant, proque ætatis ratione ſententiam ſeriùs aut ocyùs dicebant. Demoſthenes quum triginta tantum & quatuor annos natus eſſet, non niſi poſt ſenes illos, quibus ea res diu fuerat agitata, orationem habet. Itaque quaſi de novo aliquo negotio haud verba facit, nec de quo ſit deliberandum exponit; verùm, iis tanquam qui de eo ſatis eſſent eruditi, tantùm quid decernere oporteat declarat; validiſque conſilium ſuum rationibus confirmat, in quibus non minus ineſt artis ſuæ ſubtilitatis atque elegantiæ, quam vehementis ipſius ingenii impetûs. Orator igitur, quo meliùs finem propoſitum aſſequatur, alternis terrorem incutit animoſque addit Athenienſibus. Quod quidem tam induſtriè ac peritè tractat, ut neque eos in deſperationem im-

pellat, nec nimiam iis excitet confidentiam, ſed neutrobique ad extrema excurrens, cùm timoris tum fiduciæ cauſas ſolerti admodum temperamento intertexit. Propterea duas Philippi, eaſque valdè diverſas, imagines ob oculos ponit. Hâc eum ambitioſum, arrogantem, omnibus occaſionibus intentum, bello indefeſſum, intrepidum depingit; omnia non minùs auro ſubruentem, quam expugnantem ferro, nulliſque non obſtaculis ſuperiorem; regem denique feliciſſimum, cui Fortuna tam profusè beneficia accumulet, ut inconſtantiæ ſuæ penè oblita eſſe videatur. Alterâ eum imprudentem, temerarium, deſcribit, quippe qui non viribus ſuis, verùm ambitione ſolâ, conſilia ſua metiatur, quique adeò ſuam ipſe potentiam aliquando deſtructurus ſit: turpiſſimum veteratorem, cujus magnitudo fundamentis maximè ruinoſis nititur, perfidiâ ſcilicet, omniſque generis improbitate: Tyrannum omnibus tam domi quàm foris execratum; perjurum denique impiumque, Diis, pariter atque hominibus, inviſum, quemque omninò perditum ſint, modò eorum vindictam exequi quiſquam voluerit. Concludit Orator certam, eamque unicam, rationem iſtius Coloſſi evertendi in eo ſitam eſſe, ut quæ malè habent in præſenti rerum adminiſtratione corrigant, ut, privatis diſſenſionibus compoſitis, Reipublicæ ſaluti conſulant, publiciſque ſumptibus omnes, juxta ſuas quiſque facultates, ad communem hoſtem ſubvertendum unanimiter conſpirent.

DEMOS-

DEMOSTHENIS

OLYNTHIACA I.

Vulgò autem SECUNDA.

CUM multis ex rebus, Athenienſes, perſpici mihi poſſe videtur deorum immortalium benevolentia declarata erga *hanc* rempublicam, tum verò maximè ex præſenti rerum ſtatu. Quòd enim hoſtes Philippi extiterint ii, qui & finitimam ei regionem tenent, & potentiâ nonnullâ præditi ſunt, &, quod omnium maximum eſt, de hoc bello ita ſentiunt, ut omnem quæ cum illo fiat reconciliationem, primùm inſidam, deinde patriæ ſuæ exitioſam eſſe putent, admirabile quoddam ac divinum prorſus beneficium eſſe videtur. Illud igitur jam providendum erit, Athenienſes, ne ipſi de nobis pejus mereri quàm fortuna, videamur. Nam turpe, imò potiùs omnium turpiſſimum, fuerit, non modò urbes & loca, quæ aliquando tenuimus, palàm abjicere, verùm etiam a fortunâ comparatos & ſocios & occaſiones.

II. Ac Philippi quidem vires recenſere, Athenienſes, & ejuſmodi oratione ad officium faciendum vos exhortari, non conſultum eſſe exiſtimo. Quamobrem? Quia quicquid eâ de

re dixeris, id, ut ei aliquid afferre laudis, ſic nobis res non præclarè adminiſtratas exprobrare, videtur. Quò enim is plura ſupra dignitatem ſuam geſſit, eò admirabilior apud omnes habetur: vos quanto deteriùs quàm decuerat uſi rebus eſtis, tanto majorem ignominiam ſuſcepiſtis. Hæc igitur omittam. Etenim, ſi quis verè conſideret, Athenienſes, hinc eum videat magnum eſſe factum, non ſemetipſo. Proinde quas ille res acceptas iis referre debeat, qui ex ejus commodo rempublicam adminiſtrarunt, quoſque vos ſuppliciis coercere deceat, nunc non eſſe video narrandi locum. Quæ autem etiam præter hæc ſe offerunt, & vobis omnibus utiliſſima ſunt auditu, & magno, Athenienſes, illi eſſe probro apparebit, ſi qui rectè æſtimare velint; ea dicere conabor.

III. Eum igitur perjurum & perfidum vocare, ſine demonſtratione facinorum, convicium eſſe inane quis jure dicat? Quæ autem unquam geſſit, ea recenſeri ac coargui omnia brevi poſſe, & mihi quidem duabus de cauſis utilia eſſe dictu, videntur: tum ut illum, id quod res eſt, improbum eſſe conſtet; tum ut qui Philippi timore attoniti ſunt, quaſi is ſuperari non poſſit, videant, eam percurriſſe omnia, quibus dudum homines ludificatus in hanc magnitudinem excrevit, & ad ipſum accedere finem res ejus. Equidem, Athenienſes, valde ducerem & ipſe formidabilem eſſe, & admirabilem

mirabilem Philippum, ſi honeſtis eum creviſſe rationibus viderem. Nunc verò, cum rem diligenter conſidero, reperio, *eum* noſtram primò ſimplicitatem, cùm Olynthios quidam hinc repulerunt, orationem apud nos habituros, eò quòd ſe Amphipolim nobis traditurum, & arcanum illud quod aliquando jactabatur confecturum, diceret, pellexiſſe: Olynthiorum deinde amicitiam *ſibi adjunxiſſe*, expugnandâ Potidæâ noſtro oppido, &, ereptam nobis prioribus ſociis per injuriam, illis tradendo: Theſſalos nunc poſtremò *ſibi conciliaſſe*, promittendo, ſe eis Magneſiam traditurum, & recipiendo, ſe Phocenſe bellum pro eis geſturum. Denique nemo eſt eorum qui ipſo uſi ſunt quem non deceperit. His enim artibus crevit, ut ſemper eorum, a quibus ignoraretur, imprudentiam circumveniret atque aſciſceret. Ut igitur per hæc altè aſcendit, dum quiſque aliquo ſe ab eo beneficio affectum iri putabat, ſic per eadem hæc etiam dejici rurſus eum oportet, poſtquam compertum eſt, eum ad ſuam utilitatem referre omnia.

IV. In eo igitur loco res Philippi nunc ſunt, Athenienſes; aut prodeat aliquis, & mihi, ac potiùs vobis, oſtendat, vel hæc a me non vere dici, vel qui ante decepti ſunt, de reliquo ei fidem habituros, vel, contra ipſorum dignitatem, ſervitute oppreſſos Theſſalos, nunc non teneri deſiderio recuperandæ libertatis. Quod ſi quis veſtrûm hæc quidem ita

eſſe

eſſe ducit, ſed eum vi retenturum imperium opinatur, quòd loca, & portus, & alia ejus generis, præoccuparit: non rectè opinatur. Cum enim benevolentiâ res componantur, & omnibus belli ſociis eadem expediant, *tum* & conferre operam, & ferre ærumnas, & perſeverare volunt homines. Si quis autem per avaritiam & improbitatem, ut Ille, fit potens: prima quæque occaſio & levis offenſio omnia excutit & diſſolvit. Non enim fieri, non fieri poteſt, Athenienſes, ut per injurias, & perjuria, & mendacia ſtabilem quis potentiam comparet. Nam talem ſemel & ad breve tempus conſiſtunt, & ſpe fortaſſe *atque opinione* efflorefcunt, & tandem patefiunt, & ultrò collabuntur. Nam, meâ quidem ſententiâ, ut ædium, & navis, & aliarum rerum ejus generis, infimas partes firmiſſimas eſſe oportet, ſic etiam actionum principia & fundamenta vera & juſta eſſe convenit. Id verò non ineſt nunc in rebus a Philippo geſtis.

V. ITAQUE cenſeo a nobis & opem ferendam eſſe Olynthiis (quod quo pulchriùs & celeriùs quis fieri juſſerit, eo magis mihi probabitur) & ad Theſſalos legationem mittendam, quæ alios hæc edoceat, alios exhortetur: nunc enim Pegaſas repoſcere, & de Magneſiâ cum eo agere decreverunt. Illud tamen providete, Athenienſes, ne verba duntaxat afferant legati noſtri; ſed ut opus aliquid oſtendere poſſint, profectis vobis pro dignitate civitatis

tatis ad bellum, & ipſâ re ſuſceptâ. Nam cum omnis oratio, ſi res abſint, frivolum quiddam habeatur & inane; tum verò maximè ea quæ a noſtrâ urbe proficiſcitur. Quanto enim expeditius eâ uti videmur, eo magis ei diffidunt omnes.

VI. Ostendenda igitur eſt inſignis converſio, & magna mutatio, conferendo tributo, militando, omnia alacriter gerendo, ſi modo quiſquam vobis fidem habere debeat. Quæ ſi voletis, ut convenit & oportet, abſolvere; non ſolùm, Athenienſes, fœderatos infirmos & infidos apparebit eſſe Philippo, ſed etiam domeſticum ejus imperium & copias laborare deprehendetur. Omninò etiam Macedonica potentia & imperium additamenti vice non parvum ſanè quiddam eſt; cujuſmodi vobis aliquando fuit, imperatore Timotheo, contra Olynthios, atque iterum, contra Potidæam Olynthiis viſum eſt eſſe aliquid utrumque conjunctum: nunc Theſſalos, laborantes, ac diſſentientes, & conturbatos, idem contra tyrannicam (*Aleuedarum*) familiam adjuvit: denique nihil eſt, opinor, quin, quantumvis parvis, additis viribus adjuvetur. Ipſum verò per ſe infirmum, ac multis malis eſt refertum. Etenim iſte his rebus omnibus, ob quas magnum eum putes, bellis & expeditionibus, ruinoſius etiam id, quàm ſuâpte naturâ fuerat, ſibimet effecit. Neque enim putetis, Athenienſes, iiſdem delectari rebus & Philippum & populum ejus. Ille enim gloriam appetit, eamque

que rem admiratur, atque inſtituit, gerendis rebus, & periculis adeundis, nullum caſum recuſare, & hanc opinionem, ut ea perfeciſſe dicatur, quæ nullus alius Macedonum rex, vitæ ſecuritati anteponit: ad hos verò illarum rerum gloria nihil attinet; quin moleſtè ferunt, ſi aſſiduis illis ſurſum deorſum obeundis expeditionibus atteri, & continenter ærumnas perpeti; ut qui nec rei dare operam, nec vivere domi ſuæ ſinantur; neque etiam quæ lucrati ſunt, quomodocunque potuerint, diſponere poſſint, clauſis propter bellum Macedonicis emporiis.

VII. Quomodo igitur vulgus Macedonum erga Philippum ſit affectum, ex his facile intelligitur. Qui autem cum eo verſantur peregrini milites & ſatellites, opinionem illi quidem excitarunt, ſe admirandos eſſe ac ſtrenuos bellatores, ſed, ut ego e quodam in Macedoniâ nato audivi, optimæ fidei viro, nihilo ſunt aliis præſtantiores. Nam etſi quidam inter eos viri ſint rei militaris & pugnandi periti: eos, ut eſt ambitioſus, omnes ab eo repelli dixit, omnia volente facinora videri ſua eſſe; præter enim cætera, & ambitionem viri eſſe immenſam. Si quis autem modeſtus, aut alioqui vir bonus, quotidianam vitæ intemperantiam, & ebrietatem, & ſaltationes obſcœnas ferre nequeat; eum negligi & nullo eſſe numero; reliquos autem quibus familiariter utatur, latrones eſſe, & adulatores,

&

& ejuſmodi homines qui inebriati tales ſaltare ſaltationes non recuſent, quales ego nunc apud vos dicere vereor. Perſpicuum autem eſt, hæc eſſe vera. Etenim quos hinc omnes expellebant, ut præſtigiatoribus multò nequiores, Calliam iſtum miniſtrum publicum, & ejus generis homines, qui ridiculis de rebus mimos commentantur, & obſcœnas cantilenas in ſodales ſuos componunt, ut rideatur: hos amat & ſecum habet. Quæ tametſi parva quis exiſtimet, magna ſunt tamen, Athenienſes, indicia, ſi quis verè cogitet, illius ingenii & infelicitatis. Verùm hæc nunc ejus ſucceſſibus obſcurantur, quandoquidem res ſecundæ magnam vim habent ad occultanda & obumbranda talia probra. At ſi paulùm impegerit: tum in omnem ejus vitam & fortunas inquiretur. Id quod ipſe, meâ quidem opinione, videtur, Athenienſes, brevi oſtenſurus, ſi & dii anuuent, & vos voletis. Ut enim in corporibus noſtris, dum valeas, nullum adeò ſenſum doloris afferunt ſingulæ partes labefactæ; ſin in morbum incideris, omnia moventur, ſive ruptum ſit, ſive luxatum, ſive quid aliud vitiatum: ſic & civitatum & tyrannorum, dum foris bella gerunt, obſcura vulgo mala ſunt; quando autem finitimum bellum conſeritur, omnia euceſcunt.

VIII. Si quis autem veſtrûm, Athenienſes, eò difficilem in oppugnatu Philippum eſſe putet quod fortunatum eſſe videat, utitur is quidem

quidem ſobrii hominis cogitatione. Nam multum in fortunâ momenti eſt, ac ea potiùs ſola in omnibus mortalium rebus dominatur. Ego tamen, ſi optio mihi detur, noſtræ urbis fortunam (modò vos ipſi vel paululum officio fungi velletis) illius fortunæ anteferrem. Multò enim plures vobis cauſas ad divinam benevolentiam obtinendam ineſſe video, quàm illi. Verùm ſedemus, ut opinor, otioſi. Neque verò fas eſt, ut, qui ipſe ignavus eſt, vel amicos aliquid agere ſuâ causâ jubeat, nedum deos immortales. Non igitur eſt mirandum, ſi ille, cum ipſe militet & laboret, & omnibus rebus interſit, & nullam vel occaſionem vel horam prætermittat, vos, decreta facientes, atque cunctantes, & *quid novi ſit* ſciſcitantes, ſuperet. Ego quidem hoc non miror. Contrarium potiùs admiratione dignum eſſet, ſi nihil agendo nos, quod bellum gerentibus convenit, eum qui ubique officio fungitur, vinceremus. Illud autem demiror, cum olim vos Lacedæmoniis, Athenienſes, bellum intuleritis pro communi Græcorum libertate, & multa ſæpe privata emolumenta, quæ arripere licuit, ſitis aſpernati; utque alii jus ſuum obtinerent, veſtras opes impenderitis, tributum conferendo, & pericula pro aliis adieritis militando: nunc vos dubitare exire, & ſegniter conferre pro veſtris privatis poſſeſſionibus: & cum ſæpè alios ſervaveritis, quâ univerſos, quâ ſingulos, veſtris amiſſis opibus vos deſidere:

hæc

hæc miror: atque illud etiam, ſi veſtrûm nemo reputare poſſit, Athenienſes, quanto jam tempore cum Philippo bellum geratis; quidque vobis facientibus, omne id tempus præterierit. Nôſtis enim hoc ſcilicet, ceſſantibus vobis, alios quoſdam rem geſturos ſperantibus, aliis alios culpantibus, accuſantibus, rurſus ſperantibus, eadem ferè, quæ nunc, agentibus, univerſum tempus abiiſſe. Deinde adeone deſipitis, Athenienſes, ut, quibus, rationibus e ſecundis adverſæ res factæ ſunt civitatis, iis ipſis ſperetis eas ex adverſis fore ſecundas? At iſtud & incredibile eſt, & rerum naturæ contrarium. Multò enim faciliùs, quæ habeas, defendi ſolent omnia, quam parari. Nunc poſſeſſionum veterum quod tueamur, nihil a bello eſt reliquum: ſed de integro parandæ ſunt. Veſtrûm igitur ipſorum id jam officium eſt.

IX. QUARE ſuadeo, ut pecuniam conferatis, ipſi militetis alacriter, neminem culpetis ante recuperatum imperium: ut tum ex ipſis factis facto judicio, & laude dignos honoribus, & maleficos pœnis afficiatis: cauſaſque item *deſerendi belli ab Imperatoribus* ſtipendio ritè perſolvendo præcidatis. Neque enim fas eſt in aliorum facta acerbè inquirere, niſi in primis ipſi officium faciatis. Quid enim? Cur putatis, Athenienſes, duces omnes quos mittitis, hoc fugitare bellum, & privatim invenire bella? Si, quod res eſt, etiam de duci-

M bus

bus eſt dicendum: quòd hìc præmia, de quibus bellum geritur, veſtra ſunt: Amphipolis ſi capta fuerit, vos eam e veſtigio recipietis: pericula autem ſunt imperatorum privata, merces nulla: illic, ut pericula minora, ſic emolumenta ducum ſunt, & militum: Lampſacus, Sigeum, navigia quæ ſpoliarint. Id igitur quique ſequuntur quod e re ſuâ eſt. Vos autem cum in res intuemini parum proſperas, præfectos arceſſitis: ubi, vero factâ dicendi poteſtate, neceſſitates *relicti belli* audieritis, eos abſolvitis. Nobis igitur id eſt reliquum, ut inter nos litigemus & diſſideamus, aliis aliud ſentientibus: reſpublica verò malè habeat. Olim enim, Athenienſes, per claſſes tributa conferabatis, nunc per claſſes rempublicam geritis: Orator utrorumque dux eſt, & imperator illi ſubjectus, & trecenti, qui ſuffragentur: reliqui attributi eſtis, alii aliis. His igitur nunc ſaltem relictis, vobiſque ad voſmetipſos redeuntibus, tum dicendi, tum conſultandi, tum agendi munus commune faciendum eſt. Sin vobis imperandi aliquibus, tanquam regnum poſſideant, licentiam permiſeritis: aliis inſtruendarum triremium, tributi conferendi, militandi neceſſitatem imponetis: aliis id negotii dabitis, ut contra hos decreta duntaxat faciant, aliâque re nullâ operam navent: nihil, quod uſus poſtulat, unquam tempeſtivè geretur. Semper enim ea pars, quæ affecta

affecta fuerit injuriâ, ceſſabit. Tandem vobis id relinquetur, ut eos pro hoſtibus puniatis.

X. Quamobrem in ſummâ jubeo, ut omnes, pro ſuis quiſque facultatibus, conferatis: ut omnes exeatis per vices, donec omnes militaveritis: ut omnibus iis qui prodeunt dicendi poteſtatem detis, & ex auditis optima amplectamini, non ea quæ hic vel ille dixerit. Quæ ſi feceritis, non oratorem duntaxat in præſentia laudabitis; ſed & poſtea voſmetipſos, rebus univerſis meliori loco, *quam quo nunc ſunt*, conſtitutis.

LIBANII ARGUMENTUM IN OLYNTHIACAM (Juxta ipſum) TERTIAM.

ATHENIENSES *Olynthiis auxilia miſerant, quibus aliquid profeciſſe videbantur. Quod cum eis nuntiaretur, & populus gaudio exultabat, & oratores ad Philippum ulciſcendum hortabantur. Demoſthenes autem veritus ne fiduciâ pleni, ut qui viciſſent omnia, & auxilia ſatis magna miſiſſent Olynthiis, reliqua negligerent: eâ de causâ progreſſus, eorum arrogantiam retundit, & ad modeſtam cautionem animos traducit: quòd non de Philippi ultione nunc eis deliberandum ſit, ſed de ſalute ſociorum. Sciebat enim, & Athenienſes, & alios fortaſſe nonnullos, cum ſuas res retinendi curam ſuſcipiant, de ulciſcendis adverſariis minùs laborare. In hâc oratione illud etiam conſilium de theatrali pecuniâ attingit apertiùs, & leges poſtulat abrogari, quæ mulctam imponant iis, qui decernerent, ut ea fieret militaris, quo ſuadere optima liceat. Monet eos denique, ut ad majorum æmulationem excitentur, & ipſi cives militent; graviterque objurgat & populum, eo tempore remolleſcentem atque effæminatum; & magiſtratus, ut qui non rectè præſint reipublicæ.*

ARGU-

ARGUMENTUM
SECUNDÆ OLYNTHIACÆ.

EX

TOURRELLO.

SUPERIORIS *orationis is fuerat eventus, ut Demoſthenis, valde licet adverſante Demade, ſententia vicerit. Itaque ad Olynthios defendendos, quibus quum tanta eos premeret neceſſitas, quæ ad univerſam item Græciam ſpectabat, a nemine alio auxilium fuit, triginta triremes, militumque duo millia, Charete duce, miſerant Athenienſes. Hæc vero ſubſidia neque Philippi progreſſum impedire, nec eum a conſiliis initis poterant divertere. Itaque in Chalcidem profectus plurima ibi loca occupat, Zeiram caſtellum expugnatum diruit, omnibuſque per totam ipſam regionem magnum ſui terrorem injicit. Olynthii igitur, quippe qui maximè peterentur, quibuſque graviſſimæ ab eo calamitates imminerent, ſecundò Athenas mittunt qui nova illinc ſubſidia implorent. Demoſthenes eorum poſtulato ſtrenuè patrocinatur, evincitque debere Athenienſes, cùm gloriæ, tum utilitatis causâ, ratum probatumque id habere. In eo maximè hærebat res quod ad ſumptus ſuppeditandos pertinebat: quare Orator vehementer invehitur in*

 per-

pernicioſum iſtum morem militaris pecuniæ in ludos publicos inſumendæ. Ad textum rectè intelligendum neceſſe eſt ut res altiùs repetatur. Igitur ſciendum eſt, eodem ardore Athenienſes, quo Græcis naturale erat, ſpectacula omnis generis appetere, ad theatrum confluxiſſe; nec raro ad plagas etiam & verbera deveniſſe, modò ut locum alterius occuparent, modò ut tuerentur ſuum. Magiſtratus, huic malo medicinam adhibere quum ſtuderent, ut venalia in poſterum eſſent loca edixere, utque duos quiſque obolos Theatri Architecto penderet, ad præſtandum ei pecuniam quam in anteceſſum erogaverat: cuſtodes etiam portæ ut ponerentur curabant; ita ut plures non intrarent quam quos facilè capere poſſet Amphitheatrum. Qui primi venerint, iis quæcunque vellent licitum eſt conſidere. Itaque ſola ipſorum diligentia quo ſederent ordine præfinivit; quique uno die repulſi fuerant, ſe poſtero die ſpectandi ſpe conſolabantur. Quum verò, ex eo quòd venalia eſſent loca, pauperiores cives oppreſſi viderentur, omnem iis querelæ aut invidiæ cauſam præripere ſtudebant: atqui id cum ærarii damno factum eſt, quod, cum commune eſſet omnium, ut eum cùm pauperibus tum divitibus ſumptum ſuppeditaret conſtitutum eſt. Inſana hæc prodigentia aliis corruptelis viam patefecit, moremque introduxit variis publicos reditus prætextibus diſſipandi. Exinde evenit, ut Athenienſes, voluptatibus deditì, ad militiæ labores perferendos prorſus remolleſcerent; etiamque

que peregrinis militibus, ex quibus eorum exercitus conſlatus erat, ſtipendia præbere parum curarent. Eubulus, princeps ejus factionis quæ Demoſtheni adverſabantur, quo populi captaret benevolentiam, iſtam duorum oblorum de publico ſolutionem perpetuam eſſe voluit, legemque ſanxit, quæ capitalem ei pœnam minitabatur, qui auctor eſſet ut illud a populo beneficium detraheretur. Demoſthenes huic legi abrogandæ inſtat, quippe quæ gravamini ſit optimis civibus, quos propter eam neceſſe eſt, aut fideli conſilio dando ſui capitis periculum adire aut timidâ reticentiâ patriæ ſuæ periturae turpiter deeſſe. Quod ſupereſt orationis, explicatione haud indiget.

DEMOSTHENIS

OLYNTHIACA II.

Vulgò autem Tertia.

I. NON idem ſtatuere poſſum, Athenienſes, cum in res intueor, & in orationes, quas audio. Nam orationes quidem de ulciſcendo Philippo haberi, res autem eò progreſſas video, ut, ne ipſi prius infortunium feramus, ſit providendum. Nihil igitur aliud niſi errare mihi videntur ii, qui iſta dicunt, cum argumentum tractent prorſus ab hac veſtra deliberatione alienum. Ego verò aliquando licuiſſe civitati & ſua tenere tutò, & Philippum ulciſci, præclarè memini. Meâ enim ætate, non olim, contigerunt hæc utraque. Nunc autem ſic arbitror, ſatis eſſe nobis, ſi hoc primum anteverterimus, ut ſocios conſervemus. Horum enim ſalus ſi in tuto collocata fuerit, tum & qua ratione illum ulciſci poſſitis, diſpicere licebit. Antequam autem principium rectè conſtituatur, ſupervacaneum eſſe duco de fine ullum facere verbum.

II. Ac tempora quidem hæc, Athenienſes, ſi unquam, nunc in primis magnam ſolicitudinem, & prudentiam requirunt. Ego verò non

non quid in hiſce rebus ſuadendum ſit, difficillimum eſſe duco: ſed illud dubito, quo ſit pacto, Athenienſes, apud vos de eis dicendum. Perſuaſum enim habeo, quantum coram audivi & intellexi, in pleriſque vos fruſtrari negotiis, propter officii veſtri neglectum, non ex inſcitiâ. Quare peto a vobis, ut me, ſi paulò liberius verba fecero, feratis; & id ſpectetis, an vera dicam, eâque de causâ, ut reliqua fiant meliora. Videtis enim, ex eo quòd quidam ad gratiam conciones habent, res noſtras in omnem progreſſas eſſe calamitatem. Neceſſarium autem exiſtimo, pauca vobis ex iis, quæ facta ſunt, in memoriam revocare.

III. Meministis, Athenienſes, nunciatum fuiſſe vobis, Philippum in Thraciâ, tertio aut quarto abhinc anno, Heræum oppidum obſidere. Tunc igitur menſis erat September. Multis autem verbis & tumultu facto apud vos, decreviſtis ut quadraginta triremes deducerentur: utque, qui infra annum ætatis eſſent quintum & quadrageſimum, *eas* ipſi conſcenderent, utque talenta ſexaginta conferrentur. Poſt, eo anno elapſo, Junius, Quintilis, Sextilis *erat:* eo vix tandem menſe, confectis *Cereris* myſteriis, Charidemum cum decem navibus vacuis ablegaſtis, & quinque talentis argenti. Ut enim nunciatum fuit, Philippum ægrotare, & eſſe mortuum (nam uterque rumor afferebatur) nihil jam opus eſſe auxilio rati, omiſiſtis, Athenienſes, expeditionem. Erat

autem

autem ea ipſa occaſio. Nam ſi tunc illo auxilia miſiſſemus, ut ſtrenuè decreveramus; non moleſtus nobis nunc eſſet Philippus, tum conſervatus.

IV. Quæ igitur tum facta ſunt, ea infecta fieri non poſſunt. Nunc autem alterius belli offertur occaſio. Quænam hæc; *Ea* propter quam & harum rerum mentionem feci, ne eadem vobis uſu veniant. Quomodo igitur hoc utemur, Athenienſes? Niſi enim omni robore, quantum poteſtis, *Olynthiis* opem tuleritis, ſpectate, ut a vobis omnia ex Philippi commodo, quaſi ejus duces eſſetis, adminiſtrata erunt. Ii erant Olynthii, quorum aliquæ vires eſſent: & ita ſe res habebat, ut neque Philippus hos invadere auderet, neque hi Philippum; fecimus nos & illi pacem inter nos. Erat id tanquam impedimentum quoddam Philippo, & incommodum, urbem magnam velut in ſtatione eſſe, ad eum primâ quâque occaſione infeſtandum, nobis reconciliatam; in eum concitandos *eos* homines omnibus modis exiſtimavimus: &, quod omnes tum dictitabant, id nunc perfectum eſt quomodocunque. Quid ergo ſuperſit, Athenienſes, niſi ut opitulemini fortiter & ſtrenuè, equidem non video. Præter enim eam, quam ex ceſſatione & negligentiâ caperemus, ignominiam, non parum etiam ea quæ ſecutura ſunt metuenda eſſe video: dum quidem & Thebani ita erga nos animati ſunt, ut ſunt, & Phocenſes pecuniâ deſtituuntur: & Philip-

Philippum, ubi ea, quæ nunc agit, expedierit, nihil futurum ſit, quod impediat, quo minus ad hæc ſe negotia convertat. Verùm ſi quis veſtrûm eouſque ceſſare in officio inſtituit, is prope videre vult calamitates, cum liceret eas, aliis in locis ortas, procul audire: & quærere ſibi adjutores, cum nunc ipſi liceret alios adjuvare. Nam eò tandem rem eſſe redituram, ſi hæc neglexerimus, ferè omnes ſatis ſcimus.

V. At auxilium eſſe ferendum, dixerit aliquis, omnes ſtatuimus, & feremus: quomodo autem *ferendum ſit*, id dicito. Ne verò miremini, Athenienſes, ſi quid præter vulgi opinionem dixero. Legumlatores conſtituite: per eos autem legumlatores nullam ſancite legem (ſunt enim vobis ſatis multæ) ſed eas quæ vos in præſentia lædunt abrogate; iſtas autem dico, & non diſſimulanter dico, quæ ſunt de theatrali pecuniâ, & de his qui merent nonnullas; quarum illæ militarem pecuniam iis qui domi manent, ad ſpectacula diſtribuunt; hæ verò eos qui militiam detrectant indemnes conſtituunt: deinde etiam iis, qui officio fungi volunt, deſperationem injiciunt. Poſtquam verò hæc ſuſtuleritis, & viam optima conſulendi tutam præbueritis: tum qui ea ſcribat, quæ omnes e republicâ eſſe ſcitis, quæritote. Priuſquam autem hæc acta ſint, circumſpicite, quiſnam, dum vobis optimè conſulat, a vobis interire velit; neminem enim reperietis;

reperietis; præſertim, cum id unum ex eo futurum ſit, ut &, qui ea dixerit ac ſcripſerit, per injuriam mulctetur; nec rebus quicquam conſulatur; ſed optima ſuadendi, ſtudium magis etiam in poſterum, quàm nunc eſt, reddatur periculoſum. Ac poſtulandum eſt, ut eas leges abrogent iſti ipſi, qui tulerunt. Non enim æquum eſt, gratiâ, quæ totam civitatem læſit, illos frui, qui tum tulerunt: odium autem, per quod cum omnibus nobis melius ageretur, ei qui nunc optima ſuaſerit, eſſe fraudi. Priuſquam autem hæc rite comparata fuerint, nequaquam, Athenienſes, apud vos quenquam velitis eſſe tantum, ut hiſce legibus a ſe violatis, pœnas non det: aut adeo vecordem, ut in evidens malum ſemetipſum conjiciat.

VI. Quin nec illud vobis ignorandum eſt, Athenienſes, decreta nullius eſſe momenti, niſi & hoc acceſſerit, ut ea, quæ decernantur, nos alacriter facere ſtudeamus. Nam ſi eam vim decreta haberent, ut, aut nos ad officium faciendum compellere, aut ea quæ continent perficere, poſſent; neque vos multa decernendo *tam* pauca, vel nihil potiùs, effeciſſetis: neque Philippus tam diu ſe inſolenter geſſiſſet. Neque enim per decreta quidem ſtetiſſet, quo minùs olim pœnas dediſſet. Sed hæc non ita ſe habent. Actiones enim, ut orationibus & ſuffragiis ordine poſteriores, ita vi priores ſunt, & potiores. Hoc igitur adjungendum eſt: reliqua præſtò ſunt. Nam qui prudenter dicere

poſſint,

poſſint, ſunt apud vos, Athenienſes, voſque omnium accutiſſimi eſtis ad ea, quæ dicuntur, percipienda, quin & *eadem* exequi nunc poteritis, ſi rectè facietis. Quod enim tempus, quamve occaſionem, Athenienſes, meliorem hâc quæritis? aut quando ea, quæ fieri debent, agetis, ſi nunc non agetis? Nonne omnia vobis homo loca præripuit? quòd ſi & hâc terrâ potietur, *nonne* rem omnium turpiſſimam admittemus? Nonne quibus, ſi bellum gererent, ſtrenuè nos opitulaturos ſpopondimus, hi nunc bello petuntur? Nonne hoſtis eſt? non veſtra tenet? non barbarus? quid non denique? Sed, Deum immortalem, ſi hæc omnia reliquerimus, & ei tantùm non, ad ea obtinenda, operam navaverimus: tum, autores harum rerum qui ſint, quæremus. Neque enim nos in cauſâ eſſe fatebimur: ſatis hoc ego ſcio. Nam & in belli periculis fugientium nemo ſeipſum accuſat, ſed tum ducem, tum commilitones, & quoſvis potiùs: ut vincerentur tamen, per omnes eos profectò factum eſt, qui fugerunt. Manere enim licuiſſet ei, qui alios accuſat. Quod ſi facerent ſinguli, viciſſent. Ita nunc, non ſuadet aliquis optima? ſurgat alius, & ſententiam dicat, non illum criminetur. Alius quiſpiam meliora dicit? ea facite, diis approbantibus. At ea jucunda non ſunt? nulla hæc dicentis culpa eſt: niſi, cum vota eſſent facienda, non fecerit. Nam paulo momento temporis, omnia, in unum tamquam faſcem colligata,

colligata, quæ velis, optare facile eſt: at *optimam ſententiam* amplecti, cum de negotiis conſultatio inſtituitur, non æquè promptum eſt; ſed utiliſſima jucundiſſimis, ſi utraque obtineri nequeunt, ſunt præferenda.

VII. At ſi quis theatralem pecuniam nobis relinquere poſſit, & alios ſumptus oſtendere militares, nonne is potior? dixerit aliquis. Aſſentior equidem, ſi quis ſit *qui hoc fecerit*, Athenienſes. Sed miror, ſi cui mortalium unquam aut evenit, aut eveniet, cum ea, quæ habet, in res ſupervacaneas inſumpſerit, ut iis, quæ non habet, ad res neceſſarias abundet. Sed magnum iſtis rationibus, ex uniuſcujuſque voluntate nimirum, præſidium eſt. Quare omnium eſt facillimum ſeipſum decipere. Quod enim quiſque vult, id etiam ſibi fingit. Sæpe autem natura rerum alia eſt.

VIII. Ista igitur ita conſiderate, ut res patiuntur: tum et militare poteritis, & ſtipendium habebitis. Non ſanè prudentium, neque generoſorum, hominum eſt, omiſſis, ob pecuniæ inopiam, militaribus officiis, hujuſmodi dedecora facilè perpeti, aut contra Corinthios quidem & Megarenſes, arreptis armis proficiſci: Philippo autem Græciæ civitates diripiendas relinquere, propter inopiam commeatûs, quo exercitus ſuſtentetur. Atque hæc non temerè dicere inſtitui, ut quorundam e vobis odium ſuſcipiam (neque enim ita demens aut infelix ego ſum, ut, cum nullâ ſpe publici

publici fructûs, privatum mihi odium quæram) ſed boni civis eſſe duco, reipublicæ ſalutem orationis jucunditati anteponere. Nam qui majorum noſtrorum temporibus *publicè* dicebant, eos audio, quemadmodum fortaſſe vos etiam *accepiſtis* (quoſque etiam omnes, qui *nunc* conciones habent, laudare, parum verò imitari ſolent) hac ratione & hoc inſtituto in republicâ gerenda uti ſolitos: Ariſtidem illum, Niciam, eum qui idem mecum nomen habuit, Periclem. Ex quo autem exorti ſunt *novi* iſti oratores, qui vos, Quid cupitis? quid ſcribam? interrogant: quâ vobis re gratificabor? præſentis voluptatis & gratiæ *ausâ*, reipublicæ negotia quaſi propinata pereunt, & talia eveniunt: itaque iſtorum res omnes præclarè ſe habent, veſtræ turpiter.

9. IX. Atqui conſiderate, Athenienſes, quæ capita rerum, & ſuperiorum & horum temporum, commemorari poſſint: brevis autem erit, & nota vobis oratio. Non enim alienis vos utentes exemplis, ſed domeſticis, Athenienſes, felices fieri licet. Illi igitur, quibus non adulabantur oratores, quos non ita amabant ut vos iſti nunc, quinque & ſexaginta annos Græcis volentibus imperarunt, amplius decies mille talenta in arcem congeſſerunt; & regem hujuſce Macedoniæ dicto audientem habuerunt, ſicut æquum eſt parere Græcis Barbarum, & multa præclaraque trophæa, terrâ marique parta, erexerunt, cum ipſi militarent;

&

& ſoli mortalium eam rerum geſtarum gloriam, ad quam nullus invidiæ pateret aditus, reliquerunt. Ac in tuendâ Græciâ fuere tales. In ipsâ verò urbe ſpectate quales, & publicis & privatis in rebus, ſe præbuerint. Publicè igitur ædificia & ornamenta talia & tanta inſtruxere nobis fanorum, & quæ his continentur donariorum, ut a poſteris ſuperari nequeat illorum excellentia: Privatim autem adeo modeſti fuerunt, tantâque curâ inſtitutum reipublicæ obſervarunt, ut ſi quis fortè veſtrûm Ariſtidis & Miltiadis, & illius ætatis illuſtrium hominum, ædes novit quæ ſint, vicini ædibus nihilo eſſe ſplendidiores videat. Neque enim rei familiaris amplificandæ gratiâ rempublicam gerebant, ſed quiſque ſibi rem communem augendam eſſe putabat. Ex eo autem quòd res Græcorum fideliter, religionem Deorum immortalium pie, commercia inter ipſos æquabiliter, adminiſtrabant, non injuriâ magnam ſibi felicitatem pepererunt. Tunc igitur ad hunc modum, dum illi, quos dixi, ſummæ reipublicæ præerant, ſe res habuerunt. Nunc, dum boni iſti præſunt, quis rerum veſtrarum ſtatus eſt? Idemne, aut omnino ſimilis? Ac cætera quidem taceo, cum multa proferre poſſim. Sed quanquam in tantam incidimus ſolitudinem, quantam videtis omnes, cum & Lacedæmonii perierint, & Thebani occupati ſint, & cæterorum nemo tantas vires habeat, ut nobiſcum de principa-

tu contendere auſit; cumque nobis liceret & privata noſtra ſine periculo tenere, & reliquorum controverſias diſceptare: tamen noſtris agris ſpoliati ſumus, & pluſquam mille & quingenta talenta nullo cum fructu inſumpſimus; & quos in bello ſocios paravimus, hi pacis tempore perierunt, & hoſtem contra noſmetipſos tantum inſtruximus. Alioqui progrediatur aliquis, & mihi dicat, unde, niſi per noſmetipſos, ita ſint auctæ opes Philippi? Sed heus tu, ſi vitioſa hæc ſunt, at urbanarum rerum ſtatus eſt melior. Ecquid autem dici queat? Num propugnacula, quæ dealbamus? & viæ, quas reficimus? & fontes? & nugæ? Eos, quæſo, intuemini, quorum hæc acta ſunt in republicâ: quorum alii e mendicis repentè facti ſunt divites, alii ex obſcuris clari, nonnulli privatas ædes publicis ædificiis ſplendidiores extruxerunt: & quanto reſpublica plus detrimenti cepit, tanto res iſtorum factæ ſunt ampliores. Quæ igitur cauſa eſt horum omnium? & cur tandem ſe omnia tum præclarè habuerunt, & nunc haud rectè? Primùm quod & populus, cum ipſe militare auderet, dominus erat magiſtratuum, omneſque Reipublicæ facultates in ſuâ poteſtate habebat: & bene ſecum agi putabant cæteri omnes, ſi a populo aut magiſtratum, aut honorem, aut beneficium aliquod, conſecuti eſſent. Nunc contra, omnes reip. facultates penes ſunt magiſtratus, eorumque arbitrio geruntur omnia;

vos populus enervati, & pecuniâ, ſociis, ſpoliati, famuli & additamenti vicem obtinetis; contenti, ſi theatrales pecunias vobis impertiant; aut buculas fortè miſerint; &, quod eſt omnium abjectiſſimum, cum ea vobis dantur, veſtra quæ ſunt, gratiam etiam habetis, *quaſi beneficia in vos conferantur*. Qui verò vos in hanc urbem *tanquam carcerem* incluſere, ad talia vos alliciunt, & cicurant, ut vos ad nutum paratos habeant. Neque vero, meâ quidem ſententiâ, fieri unquam poteſt, ut magnos & generoſos animos ſumant ii, qui parvis & vilibus rebus occupantur. Nam qualiacunque hominum ſtudia fuerint, talibus eos & animis eſſe præditos neceſſe eſt. Hæc, medius fidius, haud mirabor, ſi mihi, qui dixerim, plus apud vos nocuerint, quàm ipſis harum rerum auctoribus: neque enim ſemper apud vos omnibus de rebus liberè loqui licet, idque ego vel nunc licuiſſe miror.

X. Quod ſi nunc ſaltem, moribus iſtis relictis, militare, &, ut veſtra dignitas poſtulat, rem gerere volueritis, atque iſtis domeſticis opibus velut inſtrumentis utemini ad externa bona *comparanda*; fortaſſis, Athenienſes, fortaſſis perfectum aliquod & magnum bonum conſequemini, talibus lucellis repudiatis, quæ cum cibis, quos dant ægrotis medici, conferri poſſunt. Etenim ut illi neque vires augent, neque emori patiuntur; ſic & iſta, quæ vos nunc percipitis, neque tanta ſunt ut juſtam utili-

utilitatem aliquam afferant: neque vos, iis deſpectis, ad alia converti patiuntur, ſed alimenta ſunt veſtrûm omnium ſocordiæ. Tune ergo ſtipendium facere jubes? inquiet aliquis. Sanè: & e veſtigio eundem eſſe ordinem omnium, Athenienſes, ut partem quiſque reipublicæ capeſſat, quæque res civitati opus fuerit, in eâ ſuam operam ſtrenuè navet. Liceret agere otium? Cum domi manes, melior eſt tua conditio, quòd ad nullum turpe facinus inopia te compellit. Incidit hujuſmodi quippiam, quale nunc? De iſtis ipſis emolumentis pro patriâ, ut æquum eſt, militabis. Eſtne veſtrûm aliquis extra ætatem *militarem?* Is quæ nunc ſine ordine capit, ad nihil utilis, ea in æquabili ordine accipiat, omnia inſpiciens & adminiſtrans quæ ſunt agenda. Ad ſummam, neque detraxi quicquam, neque addidi, præter pauca; confuſione ſublatâ, rempublicam in ordinem redegi: eodem accipiendi, militandi, judicandi, & id agendi, quod pro ætate quiſque poteſt, quodque tempus poſtulat, ordine inſtituto. Nuſquam ego dixi, nihil agentibus ea eſſe diſtribuenda, quæ functuris officio debentur: neque ipſos deſidere, omnique conſilio deſtitutos otium agere, quodque alicujus *veſtri imperatoris* peregrini milites vicerint, audire. Hæc enim nunc fiunt. Neque reprehendo eos qui reip. inſerviunt; ſed pro vobis ipſi ea debetis agere, propter quæ alios honoratis: neque cedere ſtatione virtutis,

Athenienſes, quam vobis majores, magnis periculis partam, reliquerunt. Fere dixi quæ conducere putem. Vos autem ea amplectamini, quæ & reipublicæ & vobis univerſis profutura ſunt.

Athenienſes Charidemo, qui licet alienigena eſſet, quippe Oreo Eubœæ oppidi oriundus, eorum tamen exercitui in Helleſponto præfuit, in mandatis dederant Chalcidem, quæ pagus Taraciæ eſt, nec longè ab Olyntho diſtat, ſuppetias ire. Is itaque quater mille pedites, equiteſque centum & quinquaginta illò deduxerat; iiſque Olynthiorum copiis conjunctis Pallenen (Macedoniæ peninſulam verſus Thraciam) Bottiamque (regionem Chalcidi confinem, quæque, inter alias urbes, Pellam quoque regni Macedoniæ caput continebat) depopulabatur. Tourrellus.

Libanii

LIBANII ARGUMENTUM IN OLYNTHIACAM (Juxta ipſum) PRIMAM.

OLYNTHUS *Thraciæ fuit urbs, eam Græci tenuerunt, oriundi Chalcide: quod eſt Eubœæ oppidum, Athenienſium colonia. Multa porro & præclara Olynthii, ut & cum Athenienſibus, qui Græcis imperarunt olim, & item cum Lacedæmoniis, bella geſſerunt: ac magnam tandem adepti potentiam, inter cognatas civitates excelluerunt. Non parva enim in Thraciâ Chalcidicæ gentis multitudo fuit. Pòſt, initâ cum Philippo rege Macedoniæ ſocietate, Olynthii cum eo primùm Athenienſibus arma intulerunt: idque partim ob Anthemuntem oppidum acceptum, de quo inter Macedonas & ipſos contentio fuerat, partim ob Potidæam, quam Philippus, expugnatam ereptamque Athenienſibus, Olynthiis tradiderat. Tandem ſuſpectum habere cœperunt regem, quòd & magna ejus ſubitaque incrementa, & parum fidum eſſe ingenium, viderent. Obſervato igitur tempore, quo is peregre abeſſet, miſſis legatis pacem cum Athenienſibus fecerunt, in quo ictum cum Philippo fœdus violabant. Pacti enim fuerant, ſe communiter bellum & geſturos cum Athenienſibus, &, ſi aliud viſum eſſet,*

communiter compoſituros. Philippus autem, jampridem cauſam contra eos quæritans, tum verò hanc nactus, bellum eis, ut fœdifragis, & cum hoſtibus ſuis amicitiæ fœdere conjunctis, infert. Quare hi legatos Athenas mittunt ad petendum auxilium, iis Demoſthenes patrocinatur, & opem ferre jubet Olynthiis, quod in eorum ſalute ſit poſita ſecuritas Athenienſium. Nunquam enim Philippum, ſalvis Olynthiis, in Atticam venturum: Athenienſes autem facultatem habituros eſſe navigandi in Macedoniam, atque in eâ gerendi belli: ſin urbs hæc a Philippo ſubacta fuerit, apertam eſſe viam regi ad invadendum Athenienſes. Negat autem Philippum tam ſuperatu eſſe difficilem, quàm putetur; ut animos contra eum faciat Athenienſibus. Diſſerit etiam de pecuniâ publicâ: ſuadetque ut a ſpectaculis ad militiæ uſum transferatur. Ac morem, quo Athenienſes quondam ſunt uſi, minus notum, explicari neceſſe eſt. Cum olim non ſaxeum eſſet apud eos theatrum, ſed ex ligneis tabulis coaſſatum, omneſque locum occupare properarent, & verberibus, & vulneribus etiam interdum, alii alios afficiebant. Quod magiſtratus Athenienſium prohibituri, venalia fecerunt loca, ut nemo, niſi binis obolis numeratis, ad ſpectandum admitteretur. Ne verò pauperes eo ſumptu premi viderentur, conſtitutum fuit, ut e publico binos illos obolos quiſque acciperet. Quæ conſuetudo, inde orta, eò uſque pro-

proceſſit, ut non eo nomine duntaxat acciperent, ſed prorſus omnem pecuniam publicam diſtribuerent. Unde etiam ad militiam ſegnes facti ſunt: quam enim pecuniam olim propter expeditiones e publico in ſtipendium accipiebant, eam tum in ſpectaculis & feſtis domi partiebantur. Nolebant igitur jam egredi, & ſubire pericula: ſed & legem ſciverant de theatrali hac pecuniâ quæ mortem minitaretur ei qui autor eſſet, ut ea in veterem ordinem reponeretur, fieretque militaris. Quare Demoſthenes cautè hanc conſilii partem attinget, ſeque ipſe interrogans, Tune jubes, ut hæc militaris fiat? reſpondet, Minime verò equidem. Atque hæc de theatrali pecuniâ. Differit orator etiam de urbanis copiis: ipſis civibus eſſe militandum, non, ſicuti ſolebant, per milites peregrinos opem ferendam, cenſens, eam enim cauſam eſſe aſſerit, cur res malè geratur.

ARGUMENTUM
TERTIÆ OLYNTHIACÆ.

EX

TOURRELLO.

HÆC *oratio, eodem quo duæ ſuperiores titulo inſcripta, in ejuſdem etiam argumentum tractatione generaliter verſatur. Olynthii, vehementer a Philippo preſſi, quibuſque ad illud uſque tempus, conductitiis militibus, malè ab Athenienſibus ſuccurſum fuerat, novas petebant copias, non ex mercenariis, ſicuti antea, & peregrinis conflatas, verùm ipſis Athenienſibus; qui ſincero, cùm ſuæ gloriæ, tum communis cauſæ ſtudio animati ſint. Ex hac occaſione Demoſthenes expendit quanti iis momenti ſit ut Olynthum incolumem ſervent, quippe quæ ultimum ſit ipſarum Athenarum propugnaculum. Quoniam igitur vicini mali formido eorum aliquando induſtriam acuit, quibus ne maxima quidem pericula, modo ſint longinqua, terrorem incutere poſſent; propterea Orator ſummâ vocis contentione aquas clamat, tanquam ad reſtinguendum bellum, cujus jam per Atticam, atque circa ipſius caput, ſcintillæ volitant. Deinde, quò cautiorem adhuc expeditionis ſucceſſum reddat, quàm neceſſe ſit ut militiæ*

mune-

munera per ſe obeant, oſtendit; poſtremò, ut indicet, quâ certiſſimè ratione in hujuſce belli apparatum ſumptus poſſint ſuppeditare, rurſus iis de militari pecuniâ inſtat; ad eum verò modum ex quo intelligatur, prioribus ipſius admonitionibus non eum, quem par erat, ſucceſſum obtigiſſe. Athenienſes, ſub Charete duce, ſubſidio miſere ſeptendecim triremes, cum bis mille peditibus, equitibus verò trecentis, iiſque omnibus, ſicuti Olynthii petierant, Athenienſibus.

DEMOSTHENIS

OLYNTHIACA III.

Vulgò autem PRIMA.

I. SI, quibus de rebus in hoc tempore deliberatis, Athenienſes, *in his* quid e republica futurum ſit, explicetur; multis *id* arbitror divitiis vos eſſe prælaturos. Quod cum ita ſit, æquum eſt, ut ultro & alacriter *omnes* eos, qui conſilium dare volunt, audiatis. Etenim non ſolùm ſi quid utile meditatus quis venerit, id debetis, cum audieritis, ampleĉti; verùm etiam veſtræ fortunæ eſſe puto, ut multa opportuna diĉtu ſubitò nonnullis in mentem veniant; ita ut facile vobis ſit ex omnibus utilia deligere.

II. PRÆSENS igitur tempus, Athenienſes, tantùm non editâ voce clamat vobiſmetipſis eſſe curam rerum illarum ſuſcipiendam, ſi modò ullam veſtræ ſalutis curam habeatis. Nos verò neſcio quomodo mihi eſſe videmur erga illas animati. Sunt autem, quæ mihi quidem videantur, *hæc*; & auxilia jam eſſe decernenda, & quam celerrime eſſe comparanda, ut hinc *(urbanis copiis)* opem feratis; & non idem admittatis, quod etiam priùs; & legatos mittendos eſſe, qui hæc dicant, & rebus interſint: quippe quòd hoc maximè timendum

 mendum

mendum eſt, ne Philippus (ut eſt homo callidus, & in obſervandis rerum momentis ſagax) partim concedendo, ubi res ita tulerit, partim minitando (quâ quidem in parte non immeritò illi fides habebitur) partim nos & abſentiam noſtram criminando, de ſummâ rerum intervertat aliquid, & ad ſeſe transferat.

III. VERUM illud peropportunè cadit, Athenienſes, ut quod ſummo Philippi rebus præſidio eſt, idem ſit etiam vobis utiliſſimum. Nam quod is, ſolus omnia & arcana & aperta moderatur, ac ſimul & dux eſt, & dominus, & quæſtor, & ipſe ubique adeſt exercitui, in eo ad res bellicas celeriter & tempeſtivè conficiendas longè vobis antecellit: pacificationi autem, quam cum Olynthiis libenter faceret, *hæc* adverſantur. Certo enim ſciunt Olynthii, ſe non jam de gloriâ, nec de agrorum aliquâ parte, verùm ne evertatur patria ſua, atque in ſervitutem redigatur, bellum gerere; norunt etiam quomodo cum Amphipolitis egerit, qui urbem ei tradiderant, & cum Pydnæis, qui *in urbem eum* receperant. Denique meâ quidem ſententiâ, omnino rebuſpublicis infida *res* eſt regia poteſtas, præſertim verò ſi ſint finitimæ.

IV. QUÆ cum ita eſſe intelligatis, Athenienſes, cætera quæ decent omnia, vobis cogitanda eſſe affirmo, ut velitis & excitemini, belloque, ſi unquam, nunc certè maximè incumbatis: nec pecuniam tantùm prompte confe-

conferatis, ſed & ipſi militetis, nec in vobis quicquam deſiderari patiamini. Nulla enim jam ratio vobis, nulla excuſatio, quo minus officio fungi velitis, relinquitur: nam quod omnes jactabatis, Olynthios in Philippum eſſe concitandos, id ultro nunc accidit: eâque ratione, qua maximè vobis expediat; nam ſi veſtro impulſu bellum ſuſcepiſſent, ſocii fortaſſe parum firmi, atque ad tempus in eâ ſententiâ fuiſſent. Quoniam autem eum ob illata ſibi crimina oderunt, firmas eos probabile eſt cum eo, propter ea quæ & metuunt & perpeſſi ſunt, gerere inimicitias. Quare non negligenda eſt talis oblata occaſio: neque committendum, ut idem vobis accidat, quod ſæpe jam priùs accidit. Si enim nos, cum defenſis Eubœenſibus rediremus, atque Hierax & Stratocles Amphipolitæ, hoc ſuggeſtu conſcenſo, vos ſolvere, atque oppidum in fidem accipere, juberent, pari ſtudio privatis rationibus noſtris conſuluiſſemus, ac ſalutem Eubœenſium tutati eramus; & Amphipolim tum obtinuiſſetis, & omnibus, quæ deinde ſecuta ſunt, negotiis fuiſſetis liberati. Rurſus, cum Pydnam, Potidæam, Methonem, Pagaſas, cætera (ne ſingulis commemorandis immorer) obſideri nunciaretur, ſi tum harum urbium vel uni primæ, alacriter, &, ut decuerat, opem tuliſſemus ipſi, faciliore & multò humiliore nunc uteremur Philippo. Nunc, dum præſentia ſemper amittimus, & futura

ſuâ

ſuâ ſponte ſe rectè habitura opinamur, & auximus, Athenienſes, Philippum nos, & tantum effecimus, quantus nemo unquam fuit rex Macedoniæ. Nunc autem venit occaſio. Quæ? hæc quam offerunt Olynthii ultro civitati, nullâ priorum illarum deterior.

V. Ac ſi quis (ut mihi quidem videtur) liberalitatem erga nos divinam rectè æſtimet, is, tametſi multa non ita ſint, ut deberent, magnam tamen diis gratiam ſit habiturus, idque jure ac merito. Nam quòd multa bello amiſimus, id negligentiæ noſtræ acceptum referre jure poſſis. Quòd autem neque olim hoc factum, & oſtenſa jam nobis eſt quædam ſocietas, quæ ſit idonea cladibus hiſce depellendis, modò uti velimus; divinæ benevolentiæ beneficium equidem interpretor. Sed perinde fit ſcilicet ut & in parandâ pecuniâ, ſi quis eam, quam acceperit, etiam ſervarit, magnam habet fortunæ gratiam: ſin imprudens conſumpſerit, unà conſumpſit & accepti a fortunâ beneficii memoriam. Sic etiam in rebus gerendis, qui occaſionibus non rectè uſi ſunt, ii tametſi boni quippiam divinitus obtigit, haud meminerunt. Ex ultimo enim eventu, de iis quæ præceſſerunt, omnibus fit plerumque judicium. Quapropter vobis ea quæ reſtant, Athenienſes, magnæ curæ eſſe debent, ut his vitiis correctis, impreſſam ob res ſic adminiſtratas infamiæ notam exteramus. Quòd ſi hos quoque homines deſtituerimus,

Athe-

Athenienſes, atque ille Olynthum everterit: dicat mihi aliquis, quid reſtet, quod illum, quo minus eat quò velit, remoretur?

VI. Nunquis veſtrûm cogitat, Athenienſes, & ſpectat, quibus *tam* magnus evaſit rationibus, infirmus cum eſſet initio, Philippus? Primùm Amphipoli captâ, poſtea Pydnâ, mox Potidæâ, denique Methone, poſtremò Theſſaliam invaſit. Demum, quum Pheras, Pagaſas, Magneſiam, omnia ſuo arbitratu compoſuiſſet, in Thraciam abiit. Deinde ibi regibus aliis ejectis, aliis conſtitutis, in morbum incidit: ex eo paululum recreatus, non ad ſocordiam ſe deflexit, ſed ſtatim Olynthios eſt aggreſſus. Ejus autem in Illyrios, ad Pæonas, & adverſus Arymbam, & quò non? prætereo expeditiones. Quid ergo, inquiet aliquis, iſta nobis commemoras nunc? Utrumque ut cognoſcatis, Athenienſes, & ſentiatis, tum, projicere ſingulatim ſemper aliquid rerum, quàm non expediat: tum perpetuam in rebus gerendis alacritatem, quâ erga omnes Philippus utitur: præ quâ fieri non poterit, ut, rebus geſtis contentus, in otio ſe contineat. Qui ſi in eâ ſententiâ erit, ut augendo ſemper opes ſuas, & gloriam augendam cenſeat, nos autem nullius rei curam conſtanter & ſeriò ſuſcipiemus; conſiderate, quem tandem harum rerum exitum fore ſit ſperandum. Quis veſtrûm, per Deos, adeo ſocors eſt, qui neſciat, bellum inde ad nos venturum, ſi neglexerimus?

lexerimus? Verùm id ſi fiat, vereor, Athenienſes, ne quemadmodum ii, qui temere pecuniam magno fœnore mutuo ſumunt, atque illâ pauliſper locupletati, poſt etiam patrimoniis evertuntur; ſic & nobis ſegnitiem noſtram magno conſtitiſſe appareat, & dum ad voluptatem omnia referimus, in neceſſitatem tandem veniamus, multa, eaque gravia, quæ minime vellemus, faciendi, deque agris noſtris ſit dimicandum.

VII. Ac reprehendere quidem, dixerit forſan aliquis, eſſe facile & cujuſvis; quid autem de his rebus ſtatuendum ſit, pronunciare, id eſſe conſiliarii. Ego verò quanquam illud non ignoro, ſæpe vos non iis qui ſunt in culpa, ſed his, qui poſtremi ſententiam dixerint, iraſci, ubi quid ex ſententiâ non evenerit: non tamen arbitror meæ privatæ ſalutis ita habendam eſſe mihi rationem, ut quicquam diſſimulem, quod e re veſtrâ futurum eſſe ducam. Cenſeo igitur, duobus vos oportere modis rebus ſuccurrere, tum urbes Olynthiorum tuendo, & milites, qui id agant, mittendo; tum regnum ejus vaſtando, & triremibus, & militibus aliis. Quod ſi alterutrum neglexeritis, vereor ne irrita ſit futura expeditio veſtra. Sive enim, agrum ſuum a vobis diripi vexarique paſſus, ipſe interim Olynthum ſubegerit, videns rem domi in tuto eſſe, aſſidebit & ducet bellum, moraque obſidionis eos ſuperabit. Auxilia igitur & magna & biper-

^ facile, domum reverſus, ſua defendet. Sive praesidia vos duntaxat Olynthum miseritis.

bipertita eſſe oportet. Ac de auxiliis hæc ſtatuo.

VIII. Quod autem ad pecuniam comparandum attinet, eſt, Athenienſes, pecunia vobis, eſt quanta omnium mortalium nemini, militaris: eam verò vos, ſicut vultis, capitis. Quam ſi militantibus reſtitueritis, nullo erit opus commeatu; ſin minus, opus erit, vel nullus potius ſatis erit commeatus. Quid igitur? dicat aliquis, Tune autor es, ut ea ſit militaris? Ego verò nequaquam. Equidem conſcribendum exercitum cenſeo, & propterea militari pecunia opus eſſe, & unam eſſe rationem, eandem & faciendi & accipiendi quæ oporteat. Eam verò vos ita capitis, ut feſta celebretis, & res fere nullas geratis. Reliquum igitur id eſt, ſcilicet ut omnes tributum conferant; ſi multis opus erit, multum; ſin paucis, parum. Omnino certè pecuniis eſt opus, nec ſine his quicquam poteſt rite adminiſtrari. Indicant etiam alias alii comparandæ pecuniæ rationes; e quibus eam vos ſequamini, quæ maximè conducere videbitur, & rerum curam, dum occaſio adeſt, ſuſcipite.

IX. Illud etiam eſt operæ pretium cogitare & reputare, quo in loco nunc ſint res Philippi. Neque enim (ut videatur, & dici poſſit, re non ſatis conſiderata) ſtatus ejus hoc tempore præclarus eſt, aut pulcherrimus. Neque intuliſſet ille hoc bellum unquam, ſi gerendum fore cenſuiſſet; nam tum primo ſtatim

ſtatim impetu ſe omnem rem confecturum ſperabat: quam ſpem falſam habuit. Hoc igitur primùm illum turbat, cùm præter expectationem evenerit, & magnam illi movet ægritudinem. Deinde motus etiam Theſſalorum. Nam hi quidem, naturâ nimirum, & ſemper, omnibus mortalibus infidi fuerunt. Quales autem ſunt, tales eos nunc & ille cum primis experitur. Decreverunt enim Pagaſas ab eo repoſcere, & Magneſiam muniri vetuerunt. Præterea quoſdam audivi ego, qui dicerent, non conceſſuros ei Theſſalos poſthac portoriorum & vectigalium uſumfructum, quòd Theſſalorum rempublicam inde ſuſtentari, non ea intercipi a Philippo, oporteat; quâ pecuniâ privatus ſi fuerit, in arctum admodum ei ſtipendia peregrini militis redigerentur. Jam Pæonem & Illyrium, cæteros denique omnes, exiſtimandum eſt ſui juris & liberos, quàm ſervos, eſſe malle. Inſueti enim ſunt cuiquam parere, & homo importunus eſt, ut aiunt: neque profectò id incredibile fortaſſis eſt. Nam res ſecundiores quàm par eſt, temeritatis occaſionem incautis præbent. Quare ſæpe videtur parta tueri bona eſſe difficilius, quam parare. Statuetis igitur, Athenienſes, incommoditates illius, veſtras eſſe commoditates, & occaſionem ſtrenue urgebitis, nec legatos duntaxat mittetis, quò mittendi ſunt, ſed & ipſi militabitis, & alios omnes concitabitis. Nam ſi Philippo talis

contra nos daretur opportunitas, & bellum prope noſtros fines oriretur, quàm cupidè putatis eum in nos invaſurum? Et nonne pudeat vos, ſi nec ea, quæ ipſi ferretis, ſi poſſet ille, datâ occaſione facere audeatis?

X. Præterea ne hoc quidem vos prætereat, Athenienſes, nunc optionem dari vobis, utrum vos illic oporteat bellum gerere, an apud vos illum? Si enim Olynthiorum opes manſerint incolumes, vos illic pugnantes, cùm illius regnum vaſtabitis, tum ſecurè hâc veſtrâ terrâ fruemini. Sin illa Philippus occuparit: quis eum porro huc ire prohibebit? Thebani? ne ſit dictu acerbius, etiam expeditè unà irrumpent. An Phocenſes? qui ne ſua quidem ſine veſtris auxiliis tueri poſſunt. Aut alius quiſpiam? at hercule nolet. Omnium certè abſurdiſſimum fuerit, ſi, quæ nunc etiam cum ſtultitiæ reprehenſione, tamen eloquitur, ea datâ poteſtate non faceret. Quantum autem interſit, hic an illic bellum geratur, verbis nihil opus eſſe arbitror. Si enim oporteret vos ipſos triginta duntaxat dies foris eſſe, & quæ alendo ſunt exercitui, ea e noſtri agri proventibus petere (etſi nullus, inquam, hoſtis in eo verſaretur) id damnum quod ii veſtrûm, qui agros colunt, admitterent, majus fore totius belli ſuperioris impenſis arbitror. Quod ſi quæ hoſtiles copiæ venerint, quantæ clades erunt metuendæ? Accedet protervitas, atque inſuper ipſius rei dedecus, quod

quod nullo minus eſt detrimento, ſanis quidem hominibus.

XI. Quare omnia hæc in conſpectu habentes, univerſi opem ferre, & bellum illuc amoliri debent; divites, ut, pro multis, quæ Deûm benignitate poſſident, pauca impendentes, reliqua ſecurè teneant: juvenes, ut in Philippi regno partâ bellandi peritiâ, formidabiles incolumis patriæ cuſtodes fiant: oratores, ut in reddendis rationibus adminiſtrationem ſuam facilè tueri poſſint. Nam ut eæ res erunt, quæ vobis evenient, ita & vos de actis eorum judicabitis. Quæ utinam bonæ ſint, & officio fungantur omnes.

*Philippus anno inſequenti Olynthum cepit. Eam omnia Athenienſium ſubſidia & conatus a domeſticis ipſius hoſtibus tueri non poterant: duo enim ejus cives, Euthycrates & Laſthenes, eam prodiderunt. Ita Philippus, largitionibus viâ factâ, miſeram urbem ingreditur, diruitque; partem civium ſervitutis addicit, partem venumdat, neque aliter quàm crudeliori mortis genere proditores a cæteris diſtinguit. Olynthii, ſicuti jam annotavimus, Philippi indignationem ſubierant, quòd duos fratres ejus, qui ex altero conjugio * ei ſupererant, per miſericordiam receperant. Eorum ſcilicet, quaſi competitorum,*

* Amyntas, Philippi pater, ex Eurydice tres filios ſuſcepit, Alexandrum, Perdiccam, & Philippum, Alexandri Magni patrem, filiam etiam Euryonem: ex Cygneâ autem Archelaum, Archideum, Menelaum.

 pertæſus

pertæſus, quippe quos in partem regni Macedonici ipſa quodammodo natura vocare videbatur, ſe prorſus ab iis liberare voluit, ſicuti anteà tertium de medio ſuſtulerat; atque ita demum barbaras animi ſui ſuſpiciones tranquillavit. Igitur Olynthum obſidet, expugnat, exſcinditque; fratres olim deſtinato ſupplicio tradit, prædâque ingenti pariter & parricidii voto fruitur. TOURRELLUS.

NOTÆ

In PRIMAM

PHILIPPICAM.

CONVERSIS a me in noſtram linguam Demoſthenis orationibus, diu dubitavi, earum ordinem Chronologicum attingerem necne, præ metu ne mihi vitio daretur quod in ſententiâ meâ ſingularis eſſem; tandem apud me Dionyſii Halicarnaſſenſis prævaluit auctoritas. Hanc, ex promiſſo, rationibus fulcire jam aggrediar, neque eas aliunde quam ex ipſâ oratione petam. Ibi, de Athenienſium ad Thermopylas expeditione, tanquam quæ recenter admodum obtigerat, loquitur Demoſthenes. Hæc expeditio, ſi Diodoro fides, in eum, quo Archon erat Ariſtodemus, annum cecidit, eoque Archonte primò Demoſthenes contra Philippum dixit. Inde palam eſt primam Philippicam ante Olynthiacas eſſe collocandam, quia ſcilicet tempus expeditionis, quæ in primâ Philippicâ quaſi recens adhuc memoratur, ipſi quadret. Minimè verò id fiet, ſi eam poſt Olynthiacas remiſeris, quippe quæ Archonte Callimacho, ut Philochorus teſtatur, id eſt, triennium illinc, habitæ fuerunt. Quin inſuper, Demoſthenes Philippi res geſtas quum recenſet, leviſſimam de Olyntho mentionem facit: ex quo colligere eſt nondum a Philippo obſeſſam, nedum ca-

ptam, fuiſſe eam urbem. Quam ſi tunc temporis expugnâſſet, quis credat quin Demoſthenes tanti momenti rem, eamque recentem adhuc, Athenienſium animis magis inculcâſſet, qui præſertim de eâ in aliis ubique locis tam fusè & elatè diſſerit, maximumque inde argumentum ſumit cur Philippi progreſſibus ſtrenuè obſiſtant? Negativam hic probationem validam equidem atque firmam cenſeo. *Tourrellus.*

NOTÆ

in LIBANII ARGUMENTUM.

PAG. 1. lin. 4. Πῶς ἂν ἄριστα τῷ πολέμῳ προσενεχθεῖεν] Κατὰ σύγκοπην, ἀντὶ τοῦ προσενεχθείησαν. Dixit autem de re, καλῶς προσφέρεσθαι τῷ πολέμῳ, ſicut aliàs de perſonâ dicitur, φιλανθρώπως τοῖς ἀνθρώποις προσφέρεσθαι, humaniter tractare homines, uti humanitate erga eos. *Wolfius.*

Ib. l. 6. Πρὸς τὰς τῶν ἐπικαίρων χρείας] Πρὸς τα καθ' ἕκαστον καιρὸν, ἀναγκαῖα πράγματα. *Idem.* [*Benenati* margo habet τὰς ἐπικαίρους.]

Ib. l. 8. Παραμεμιγμένων δὴ] Scilicet τοῖς πολίταις τῶν ξενῶν, vel παραμεμιγμένων τῶν πολιτῶν τοῖς ξένοις, quod perinde eſt. *Idem.*

Ib. l. 8. Τοὺς ἐτησίας.] Scilicet ἀνέμους· παρὰ τὸ ἔτος rectius, opinor, quam παρὰ τὸ ἔθος. Tum enim ἐθησίας ſcriberetur. Neque verò ut ab ἔτος fit ἐτήσιος *annuus*, ita ἐθήσιος, *ſolitus*, *conſuetus*, ab ἔθος formari puto. Plinius Aquilones vocat lib. ii. cap. 11. "Caniculæ, inquit, exortum diebus octo "ferme Aquilones antecedunt, quos Prodromos "vocant. Poſt biduum autem exortus, iidem Aqui-"lones conſtantius perflant, diebus quadraginta,

"quos

" quos Eteſias vocant." Hos Ariſtoteles, libello De mundo permiſtos eſſe ſcribit ex Aquilonibus & Favoniis. Strabo verò libro iii. εὔρυς, id eſt *ſubſolanos*, appellat Eteſias. Cum autem Athenæ meridionaliores ſint (ut docèt tabula Coſmographica) Macedonia Septentrionalior: Athenis in hanc navigaturis adverſi erunt Eteſiæ: ex Macedoniâ Athenas, ſecundi. Hiberno autem tempore, quamvis Auſtri familiariùs flent, periculoſa per ſe omnis navigatio. *Idem.*

Ib. l. 12. Επιχειρῇ] *Benenati* margo, ἐπιχειρήσῃ· ſicut mox κρατήσῃ.

N O T Æ

in Textum & Scholia.

Sect. I.

Pag. 2. lin. 1. Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος] Vide exordium orationis Æſchineæ contra Cteſiphontem, ubi citatur Solonis lex de diſciplinâ oratorum; in quam peccare videbatur Demoſthenes, nondum grandis natu: & præconium, τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων; Hâc igitur de causâ præfatur, ſe quamvis nunc primus ſententiam dicat, non primum tamen dicere, quòd res nova non agatur: ſimulque & odium propulſat, & attentionem captat, cum ſignificet ſe aliquid, melius cæteris, quorum conſilia rempublicam nihil juverint, in medium eſſe allaturum. Τὸ τοίνυν προοίμιον τῇ μὲν, διὰ προκαταλήψεως καὶ διασυρμοῦ τῶν πρότερον εἰπόντων, εὐνοϊκόν· τῇ δὲ προσεκτικὸν, μετ' ἐπαγγελίας. *Wolfius.* [Vide *Petit.* in Leg. Att. pag. 200. Legem a *Wolfio*

Wolſio laudatam Doctiſſ. *Tourrellus* abrogatam fuiſſe dicit, Archonte Glaucippo Olymp. xcii. an. 3, rationis tamen & decori auctoritate adhuc viguiſſe.]

Ib. l. 2. Πρϐτίθετο] Scilicet a Prytanibus. Ii concionem advocandi jus habebant, quam, niſi ad præſcriptum legum convocaſſent, ſolvebant mulctam mille drachmarum, conſecratam Minervæ. Ante verò quàm concio cogeretur, πρόγραμμα pro Eponymorum ſtatuis publice proponebant, ſive tabulam quâ ſignificabant de quo agendum in concione, quoque die, quâque diei horâ. Vid. *Jul. Poll.* lib. viii. cap. ix. 94. & ibi Doctiſſ. *Kuhn. Demoſt.* contra Timocr. pag. 41. Ed. *Ben. Car. Sigon.* 11. de Rep. Athen. 4. *Benenatus* in margine, itemque *Wolſius* inter variantes lectiones πρϐχειτο habet.

Ib. l. 3. Λέγειν] Ινα λέγωσιν οἱ ῥήτορες. *Wolſius.*

Ib. Schol. l. 30. Εἰ μὴ τὸ παροξυνειν] Lego ὐδὲν ἕτερον ει παροξύνει· quanquam malim ὐδὲν ἕτερον ἢ παροξυνει, καὶ ἀντιλαμϐάνεσθαι δεῖν τῶν πραγμάτων διδάσκει. *Idem.*

Ib. l. 3. Οἱ πλεῖϛοι] Σωφροσύνης ἐνδεικτικόν· ὐχὶ ἢ εἷς μόνος, ἢ δύω, ἢ τρεῖς. *Idem.*

P. 3. Schol. l. 15. Παραχαράττω τὸν νόμον] Loci ſenſus planè poſtulat ut reponatur τό ὐ, quod etiam inter varias lectiones habet & *Wolſius* & *Morellius.*

Ib. Schol. l. 22. Τῇ ἀπωλείᾳ τῶν τριάκοντα δύο πόλεων τῶν Χαλκιδικῶν] In Chronologiam peccat Scholiaſtes. Philippus enim Calcidicas (Thraciæ) urbes non ante quartum annum Olympiadis centeſimæ ſeptimæ adortus eſt: ut ex Diodoro diſcimus lib. xvi. & Philochoro; quem vide in Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ apud *Scaligerum*: hæc verò oratio primo ejuſdem Olympiadis anno habita eſt, paulo

patlo poſt Athenienſium ad Thermopylas profectionem, juxta *Tourrelli* computum, cui ſuffragatur etiam *Andreas Schottus* in Parallelis, & *Sigonius* in temporibus Athenienſium. De Calcidicis urbibus multa apud *Demoſthenem* in Oratione περὶ Παραπρεσβείας.

Ib. Schol. l. 46. Τῶν ἄλλων] Ex *Iſocrate* reſcribe τὸν ἄλλον χρόνον· mox νομίμοις· deinde ἡσυχίαν ἂν ἦγον abſque τῷ πολλῷ.

P. 4. l. 3. Τότ' ἂν αὐτὸς] Ita omnes editi. In MSS verò legi καὶ αὐτὸς indicant *Benenatus*, *Wolfius*, *Pithœus*: itaque legiſſe videtur Scholiaſt. quem vid. ſup. ad v. λέγειν. Illa hic particula minimè, ut opinor, otioſa eſt, quippe quæ ſententiæ modeſtiam aliquatenus augeat; quare eam in textum repoſui; idque eo lubentiùs feci, quòd in Προοιμίοις Δημηγορικοῖς, pag. 758. Ed. *Ben.* ubi eadem ad verbum fere leguntur, eandem habemus lectionem.

Ib. l. 7. Εἰκότως ἂν συγνώμης τυγχάνειν] In loco jam citato legitur, εἰκότως ἂν μετὰ τούτους δοκεῖν λέγειν.

Ib. l. 8. Ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου] Ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ. Eandem formulam paulò pòſt repetet. *Wolfius.*

Ib. l. 8, 9. Οὗτοι ξυνεβούλευσαν] In Ed. *Baſ.* & MSto *Voſſ.* αὐτοί. Pro ξυνεβούλευσαν cæteri omnes editi, ut & MSS ξυνεβούλευον (quod profectò magis Atticum videtur) & *Voſſ.* περὶ αὐτῶν ξυνεβ.

Ib. l. 9, & 10. Νῦν ἔδει.] Tranſponit *Voſſ.* mox poſt βουλεύεσθαι *Pith.* περὶ αὐτῶν.

Ib. Schol. l. 10. Κρίσιν τῶν προγ.] *Morellius* inter variantes lectiones habet κρίσιν αὐτόν.

SECT. II.

Pag. 5. lin. 1. Πρῶτον μὲν οὖν] Duæ ſunt præcipuæ hujus orationis partes: quarum altera principio

pio & fine tractatur, adhortatione conſtans, ad rem magnis animis & ſtrenuè contra Philippum gerendam, multis reprehenſionibus ceſſationis perniciofæ, & deſperationis indignæ tantâ republicâ, admiſtis: altera, in medio adhortationum poſita, rationem inſtructionis & apparatûs bellici continet; quæ ferè difficillima conciliorum pars eſt, quòd tum uſum rerum non vulgarem, tum hominum, locorum, temporum, facultatum ab omni parte cognitionem exquiſitam, tum ingenii maximum acumen poſtulat. Ut enim quiſque maximè non modo perſpicit, quid in re quâque veriſſimum ſit; ſed & acutiſſimè & celerrimè poteſt & videre & explicare rationem; hoc eſt τὸν τρόπον τοῦ διαπράξασθαι τὰ δέοντα, καὶ μετ᾽ ἐλέγχων αἰτιαλογεῖν· is prudentiſſimus & ſapientiſſimus ritè haberi ſolet. *Cic.* De officiis. *Wolfius.*

Ib. l. 3. Ἔχειν δοκεῖ.] Scilicet τοῖς τὰ μὲν ἐκβάντα θεωροῦσι, τὰς δὲ τούτων αἰτίας οὐκ ἐπισκεπτομένοις. Ita ſignificat, res ipſas, id eſt, fortunam Athenienſium, non eſſe malas, ſed videri. Fortunatis non eſt deſperandum. At, inquiunt Athenienſes, nos calamitoſi ſumus, rebus toties malè geſtis. Refutatio tranſlatione a fortunâ in ignaviam conſtat, adjecta conceſſione, ſi functi hactenus eſſent officio, non injuſtam deſperationis cauſam habituros. *Idem.* [in nonnullis δοκῇ legitur.]

Ibid. Ὃ γάρ ἐστι χείριστον αὐτῶν.] Eadem ad verbum ferè in Procœmiis leguntur pag. 767. Ed. *Ben.* Similis etiam locus eſt in Philippicâ tertiâ pag. 66. quem viſum eſt huc tranſcribere. Καὶ παράδοξον μὲν ἴσως ἐστὶν ὃ μέλλω λέγειν, ἀληθὲς δέ· τὸ χείριστον ἐν τοῖς παρεληλυθόσι, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. Τί οὖν ἐστι τοῦτο; Ὅτι οὔτε μικρὸν, οὔτε μέγα οὐδὲν τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν, κακῶς τὰ πράγματα ἔχει· ἐπεί τοι εἰ πάνθ᾽ ἃ προσῆκε πραττόντων ὑμῶν, οὕτω διέκειτο,

κεῖτο οὐδ᾽ ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ γενέσθαι βελτίω. Νῦν δὲ, τῆς μὲν ῥαθυμίας τῆς ὑμετέρας καὶ τῆς ἀμελείας κεκράτηκε Φίλιππος, τῆς πόλεως δ᾽ οὐ κεκράτηκεν· οὐδ᾽ ἥττησθε ὑμεῖς, ἀλλ᾽ οὐδὲ κεκίνησθε.

Ib. l. 9. Προσῆκε] Scribitur etiam προσήκει.

Pag. 6. l. 1. Επειτα ἐκθυμητέον] Primum argumentum a ſpe fortunæ melioris ſumptum, quia parum firmum eſt; (quid enim ſpes eſt, niſi vigilantis ſomnium?) exemplis Athenienſium & Philippi confirmatur: qui & Lacedæmonios potentiſſimos vicerint, & ab hoſte imbecilli, cum ipſi potentiſſimi eſſent, ſint ſuperati. Quod quidem terrorem augere poſſet, niſi cauſa eventûs conſideraretur. Nam ſi Philippus, tum infirmus, Athenienſes potentiſſimos ſuperavit; quid nunc fiet, illo potentiſſimo, his infirmiſſimis? *Wolfius.*

Ib. l. 3. Ἡνίκα πότ᾽ ἐχόντων δύναμιν Λακεδαιμονίων] Lacedæmon, potentiſſima Peloponneſi reſpublica, atque Athenarum æmula, Græciæ dominata eſt, ex quo tempore Lyſander, Lacedæmoniorum imperator, bellum Peloponneſiacum terminavit, victâ apud Ægos flumen Athenienſium claſſe & Athenarum muros diruit. Inſulæ maris Ægæi, Græcorum in Aſia coloniæ, tota denique Græcia Lacedæmonios aut defenſores aut dominos agnovit, eóque progreſſa eſt ipſorum potentia, ut eorum rex Ageſilaus minatus fuerit ſe regem Perſarum in ipſo regni capite obſeſſurum. *Corn. Nep.* in Vit. Con. *Diod.* lib. xi. [& xii. ſub initio] *Xenoph.* Rer. Hell. iv. *Tourrellus* [Vide *Iſocratem* in Areopagitico, pag. 170. Ed. *Gul. Battie*, & *Demoſth.* Philip. iii.]

Ib. l. 4. Ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολὺς] Athenienſes potentiam reſumere cœperant Olymp. xcvi. decem circiter annos poſt acceptam ad Ægos flumen cladem. Conon ſecundo iſtius Olymp. anno ingen-

tem

tem Lacedæmoniorum claſſem, apud Cnidum magno prælio fugavit. Quâ victoriâ non ſolum Athenæ, ſed etiam cuncta Græcia, quæ ſub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata eſt. Muros etiam a Lyſandro dirutos refecit. *Corn. Nep.* in Vit. Con. Bellum verò de quo hîc Demoſthenes initum eſt Olympiadis centeſimæ ann. 4to. hoc eſt viginti quatuor annos ante hanc orationem.

Ib. l. 5. Ὡς καλῶς] Honeſtum enim eſt defendere Græciæ libertatem contra tyrannos; etſi ea defenſio ejuſmodi fuit, ut ſi quis ſecum in libertatem aſſertum ſervire cogeret. Tales enim Græcorum fuiſſe patronos, tam Athenienſes quàm Lacedæmonios, paſſim docet Iſocrates. *Wolfius.*

Ib. Καὶ προσηκόντως] Ut qui & principes Græcorum ab antiquiſſimis temporibus fuerint, & urbem ſuam tanquam aſylum patere calamitoſis ſemper voluerint. *Idem.*

Ib. Οὐδὲν ἀνάξιον] Sive metu conſternati ceſſiſſent Lacedæmoniis; ſive largitionibus corrupti Græcos deſeruiſſent. *Idem.*

Ib. l. 7. Ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων τὸν πρὸς ἐκείνους πόλεμον] In cæteris impreſſis vox Ἑλληνικῶν perperam abeſt; eam verò agnoſcunt MSS. *Pith.* *Voſſ.* & *Ben.* α. β. γ. Eadem centies in Demoſthene occurrunt. In eo ſcilicet maximè gloriati ſunt Athenienſes, quòd non ſuam ſolùm, quòd minus eſſet prædicandum, ſed, quod præclariſſimum fuit, communem Græciæ libertatem ſæpenumero defenderant. Quod argumentum ſplendidiſſimè Demoſthenes, maximeque cum artificio, paſſim tractat. Omnino confer primam Olynthiacam pag. 66. & 69. ibique Scholiaſt. Hiſtoria hæc eſt. Lacedæmonii Cadmeam arcem Thebanorum occupârant Olymp. xcix. ann. 3. multoſque eorum patriâ expulerant. Olymp. c. ann 3. exules revertuntur,

tur, &, auxiliantibus ſibi Athenienſibus, Lacedæmonios Cadmæâ ejiciunt. Ann. 4. Thebani exercitum ingentem conflant: Athenienſes legatos mittunt ad civitates Lacedæmoni ſubjectas, qui hortentur ut communis libertatis afferendæ occaſionem amplectantur. A Lacedæmoniis, qui, ut ait *Diod.* διὰ τὸ μέγεθος τῆς περὶ αὐτοὺς δυνάμεως ὑπεροπλικῶς καὶ βαρέως ἦρχον τῶν ὑποτεταγμένων, deficiunt Chii, Byzantini, Rhodii, Mitylenæi, aliique. Sub hoc tempore Sphodrias (ſive Sphodriades) Cleombroti regis Lacedæmoniorum juſſu, Piræeum noctu tentat, obque id ad Spartanorum ſenatum delatus præter jus abſolvitur. Novam inde belli occaſionem ſumunt Athenienſes; & Timotheum Cononis filium, Chabriam, & Calliſtratum duces nominant. *Xenoph.* lib. v. *Diod.* lib. xv. *Sigon.* in temporibus Athen.

P. 7. l. 2. Παραδείγμασι χρώμενοι] In MS. *Voſſ.* χρωμένοις.

Ib. l. 3. Ἧς ἐκρατεῖτε] Proſperè hoc bellum ceſſit Athenienſibus. Iphicrates & Callias Lacedæmonios ad Corinthum ſuperârunt. Deinde Chabrias Polim eorum ducem vicit navali prælio inter Naxum & Parum. [Id prælium maximè Athenienſes erexit, & Chabriæ nomen, itemque Phocionis illuſtravit. Vicit etiam Ageſilaum regem Lacedæmoniorum in Bœotiâ.] Haud multùm pòſt Timotheus Corcyram occupavit: ſequente etiam anno Lacedæmonios ad Leucadem profligavit. *Diod.* lib. xv. *Xenoph.* lib. v. *Ariſtid.* in Panathen. *Tourrellus.* [eodem anno Thebani Lacedæmonios ad Orchomenum profligarunt. *Diod.* ibid. *Sigon.* in temp. Athen.]

Ib. l. 5. Τούτε] Vide quanto cum contemptu de Philippo loquitur: alibi paſſim eum ἄνθρωπον, Regem vix ſemel quidem appellat. Infra p. 14. di-

cit γνῶοιτο γὰρ &c. Μακεδὼν ἀνήρ; in Orat. de Coron. τῷ μὲν ἐν Πέλλῃ τραφέντι. In Philippicâ autem tertiâ contumelioſiùs adhuc eum tractat: verba hæc ſunt. Φιλίππȣ &c. ȣ̓ μόνον ȣ̓χ Ελλίωος ὄντος, ȣ̓δὲ προσήκοντος ȣ̓δὲν τοῖς Ελλησιν, ἀλλ' ȣ̓δὲ Βαρβάρȣ ἐντεῦθεν ὅθεν καλὸν εἰπεῖν; ἀλλ' ὀλέθρȣ Μακεδόνος, ὅθεν ȣ̓δ' ἀνδράποδον σπȣδαῖον ȣ̓δὲν ἦν πρότερον πρίαϑαι.

Sect. III.

Ib. l. 7. Εἰ δέ τίς ὑμῶν] Occupatio. Potentiam Philippi non eſſe extimeſcendam. Ratio ab ipſius hoſtis exemplo: quòd is, cum vires Athenienſium non reformidâſſet, rem ſuam bene geſſerit. Quas autem cogitationes Philippo tribuit; iiſdem uti jubet Athenienſes. *Wolfius.*

Ib. l. 9. Σκοπῶν τό,τε πλῆθος] Philippus illo tempore viginti mille pedites, equiteſque ter mille habuit; ingentem ſanè exercitum, ſi Græcorum exercitibus eum conferas. Notum eſt Athenienſes ad Marathonem quidem decies mille milites, plures nunquam in pugnâ eduxiſſe. *Tourrellus.*

Ib. l. 10. Τὸ τὰ χωρία] *Pith.* τῷ.

Ibid. Τὰ χωρία] Τὰ ὁρμητήρια καὶ ἐπιτειχίσματα opportuna loca ad vim tum inferendam tum propulſandam: quorum quædam hîc attinguntur, cum plura ſint 1. [id eſt tertia juxta nos p. 121.] Olynthiacâ expoſitâ. *Idem.*

Ib. l. 11. Απολωλέναι τῇ πόλει] *Wolfius* in Cod. Lutet. ἀπολωλεκέναι τὴν πόλιν ſcriptum eſſe annotavit.

Ib. Schol. l. 1. Τέλεσι μετ' ἀργίας νικῆσαι. *Wolfis.*

Ibid. l. 22. Εἰς δύο καταſκευάζει] Fortaſſis ἐκ δυοῖν καταſκευάζει, ἔκ τε τῆς τȣ̃ Φιλίππȣ δυνάμεως καὶ τῆς τῶν Αθηναίων ἀσθενείας· non, ἢ πλείστην ἐκ τῆς οἰκείας. *Idem.*

Ibid.

Ibid. l. 32. Συνδιδόναι] F. ἐνδιδόναι & ὑπὲρ τῆς συνδρομῆς. Nam τὸ συντρέχειν, καὶ τὴν συνδρομὴν, ἀντὶ τῆς παρομολογίας καὶ συγχωρήσεως hic autor ſæpe uſurpat. *Idem.*

P. 8. l. 3. Πύδναν, καὶ Ποτίδαιαν, καὶ Μεθώνην] [Pydna, Macedoniæ urbs, quæ poſtea *Citrum*, ut *Strabo*, ſive, ut Livius habet, *Citium*, vocabatur. Potidæa, Thraciæ urbs, quæ poſtea *Caſſandria*, in confinio Macedoniæ ſita, in Iſthmo peninſulæ Pallenes, atque ſexaginta ſtadiis diſſita ab Olyntho: Corinthiorum fuit colonia. Vide Schol. ad *Ariſtoph.* in Equit. & *Thucyd.* lib. i. Ad oppoſita ſinûs Thermaici littora ſitæ erant hæ duæ urbes; unde maximi erant Athenienſibus momenti. Utramque Philippus ceperat, ut & Amphipolim, Olymp. cv. ann. 3. Methone (ea ſcilicet de quâ hic Demoſthenes) Thraciæ urbs fuit, quadraginta ſtadiis ab Olyntho diſtans; quam cum obſideret Philippus, in prætereuntem de muris ſagitta ab Aſtere quodam Amphipolitano jacta dextrum ejus oculum effodit. Sagittæ inſcriptum fuiſſe traditur Ἀστὴρ Φιλίππῳ θανάσιμον πέμπει βέλος. vid. Schol. ad Olynth. ii. pag. 82. *Lucianus* in lib. De ſcrib. Hiſt. in Olyntho id contigiſſe refert. *Stephanus Byzantinus*, ut et *Mauſſacus* ad Harpocrationem, quinque Methonas numerat: aliam Thraciæ, aliam Laconicæ, aliam Macedoniæ, aliam Perſidos, quintam verò Eubœæ. Ad quamnam harum Philippus oculum amiſit, inter autores haud conſenſum eſt: nos verò *Diod. Strab. Harpocrat.* & *Suidam* ſequimur. Obſidionem ad tempus tulerunt oppidani, tandem deditionem facere coacti ſunt, eâ lege ut cives ſinguli ex urbe cum veſte excederent; eam Philippus ſolo æquavit, agrumque Macedoniæ attribuit. Hanc urbem Philippus cepit, Pagaſas etiam (quas Pagas appellat *Diodorus*) imperio

perio ſuo addidit Olymp. cvi. ann. 3. Vid. *Diod.* lib. xvi. *Strab.* lib. vii. *Juſtin.* lib. vii. ſub fine, *Euſtath.* ad hunc verſum in Il. β.

Οἱ δ' ἄρα Μηθώνην, καὶ Θαυμακίαν ἐνέμοντο.

& *Palmerii* Exercitationes ad *Lucianum* p. 557.] Athenienſes, poſt victorias Salaminiam atque Marathoniam, non ſolum Græciæ imperio potiti ſunt; verùm etiam plures verſus Thraciam, nonnullas in ipsâ Thraciâ urbes cepere: hæ verò, poſtquam Lacedæmonii, ſub fine belli Peloponneſiaci, Athenarum potentiam evertiſſent, jugum exuêre. Timotheus, recuperatâ patriæ potentiâ, eas Athenienſium ditioni denuo ſubjecit. Hoc illud eſt quò ſenſus textûs præcipue collimat. *Tourrellus.*

Ib. l. 4. Κύκλῳ] MS. *Voſſ.* κύκλον habet.

Ib. l. 7. Ἡμῖν] Cæteri omnes editi, & MS. *Voſſ.* ὑμῖν exhibent, quod perinde eſt. Satis ſit hoc in loco lectorem ſemel monuiſſe haſce voces innumeris in locis inter ſe mutari.

Ib. l. 10. Πολεμεῖν ἐστιν] Tranſponit *Voſſ.* mox, pro τοιαῦτα τοσαῦτα habet *Pith.*

Ib. l. 11. Ἐπιτειχίσματα τῆς αὐτοῦ χώρας] *Ald.* et MS. *Laud.* ἑαυτοῦ. *Pith.* et *Voſſ.* ut et *Ben.* ε. η. θ. αὐτῶν. Minus rectè. Etenim ἐπιτειχίσματα ad oppugnationem hoſtium magis quam ad defenſionem noſtrorum extruuntur: ut hîc exponit Scholiaſtes. Idem ad orat. περὶ τῶν ἐν Χεῤῥον. p. 63. Ἐπιτείχισμα. Τὸ τειχιζόμενον κατά τινων χωρίων (lege χωρίον) ut rectè habet *Suidas* Ed. *Kuſt.* ὅθεν ἦν τοὺς ἐπιτειχισθέντας κακῶς ποιεῖν. Eodem ſenſu Demoſthenes hanc vocem uſurpat, quo alibi ὁρμητήρια. Namque in Orat. de fal. leg. p. 268. ὁρμητήρια (inquit) ἐφ' ἡμᾶς ἐν Εὐβοίᾳ Φίλιππος προκατασκευάζεται: in loco autem ſuprà citato κατασκευάζοντος ὑμῖν ἐπιτειχίσματα τὴν Εὔβοιαν. Urbes ſuprà memoratæ veriſſime

riſſimè erant contra Philippum ἐπιτειχίσματα, maximéque ad infeſtandam Macedoniam opportuna. *Demoſt.* Philipp. II. p. 46. Εἰ γὰρ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν πρόοιτο, οὐδ' ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἡγοῖτο. Eadem iterum occurrunt Philipp. IV. p. 7.

Ibid. Ερημος ὢν συμ.] *Pith.* & *Ben.* θ' ἔρημος ὢν τότε. Cæteri omnes editi ἔρημον ὄντα. Sicut etiam *Ben.* α. β. γ. η.

Ibid. Ερημον ὄντα ξυμμάχων] Refertur ad τὸ πολεμεῖν. ὡς χαλεπόν ἐστι, τινὰ ὄντα ξυμμάχων ἔρημον, πολεμεῖν Αθηναίοις, id eſt, ὅπως ἂν πολεμοίη: vel ἀντὶ τοῦ ἐρήμου ὄντος ξυμμάχων, vel Φίλιππος ἔρημος ὤν. Latinè per Dativum commodiùs efferretur, ὡς χαλεπόν ἐστιν αὐτῷ, ἐρήμῳ ξυμμάχων ὄντι, πολεμεῖν Αθηναίοις. *Wolfius.*

Ib. Schol. l. 16. Εκεῖνος οὖν, &c.] Turbata hîc Scholia videntur eſſe, duoque in unum perperam compacta. Rectiùs, ut opinor, apud *Wolfium* Sch. ad v. ἐπιτειχίσματα v. finitur ἐχθροῖς: quæ ſequuntur ad novum caput, ſcilicet, καὶ τοῖς θέλουσι πονεῖν, referuntur. Ibi autem, pro ἐκεῖνος οὖν, οἰκείως legitur.

P. 9. l. 1. Εκτήσατο δύναμιν] *Pith.* ἐκτήσατο ἂν δ'. *Wolf.* inter var. lectiones, & *Ben.* ε. η. θ. ἐκτήσατ' ἄν. Sed quum ad præcedens ἂν commodè referatur τὸ ἐκτήσατο, nihil repetitione opus eſt.

Ib. l. 3. Αθλα τοῦ πολέμου κείμενα ἐν μέσῳ] Metaphora à palæſtrâ ſumpta, ut rectè monet Scholiaſtes. Eâdem alii paſſim utuntur. Catilina apud *Salluſt.* p. 80. Ed. *Waſſe.* *En illa, illa, quam ſæpe optâſtis, libertas; præterea divitiæ, decus, gloria in oculis ſita ſunt. Fortuna ea omnia victoribus præmia poſuit.* Cyrus ſimiliter in Orat. ad Milites: τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ΑΘΛΑ ΠΡΟΚΕΙΤΑΙ. *Xenoph.* Cyr. Pæd. lib. ii. p. 51. Ed. *Leuncl.*

Ib. l. 5. Τῶν ἀπόντων, καὶ] *Pith.* τ̃ ἀπ. πράγματα. Perperam: ea enim vox longè elegantiùs ſubauditur.

Ib. l. 7. Καὶ γάρ τοι ταύτῃ] *Pith.* ταύτῃ. *Voſſ.* καὶ γὰρ τοιαύτῃ.

Ib. l. 10. Πολέμῳ] *Wolfius* inter varias lectiones habet πολέμου νόμῳ. Poſt πολέμῳ in *Pith.* νόμῳ adſcriptum reperi. Idem mox pro φίλα habet φίλια, quam lectionem veram eſſe pro certo habeo: φίλος enim eſt *amicus, qui amat*; φίλιος *fœderatus*, quo ſenſu hîc ſumitur. Sic paſſim apud Græcos autores φίλια ἔθνη ἐν φιλίᾳ, ſcilicet ſubaud. χώρᾳ, unde φιλίως, ut decet eos qui in ſocietate ſunt. Vocem φίλος nuſquam, ut opinor, eodem ſenſu uſurpatam videris. *Jul. Pol.* lib. iii. 62. ὁ δὲ φίλιος πρὸς τ̃ πολέμιον ἀντίκειται. in quem locum vid. *Jungermannum.*

Sect. IV.

Pag. 10. l. 2. Αν τοίνυν] Conſimilium factorum conſimilem fore eventum affirmat. Nam fortunæ Athenienſium ſe non diffidere multis locis oſtendit. *Wolfius.*

Ib. l. 5. Οὗ δεῖ] Εν ᾧ καιρῷ καὶ τόπῳ, καθ' ὅ. *Idem.*

Ib. l. 7. Ἑτοίμως πράττειν ὑπάρξῃ] Ita etiam *Ald.* & *Voſſ.* Cæteri omnes impreſſi, ut & Manuſcripti, ἕτοιμος. In MSto *Laud.* & *Venetiano* τὸ πράττειν deeſt: quod *Wolfius* ſententiæ officere ait, cui equidem non aſſentior.

Ib. Schol. l. 11. Αγαθοὶ] *Wolfius* in margine habet Αθηναῖοι: mox l. 23. ita legit: ἐλάττονα μὴ δύνασθαι ποιεῖν, ibique Scholion finit. *Benenati* lectio mendoſa planè eſt: itaque τὸ μὴ inſerui; ante dixerat

erat πλείονα δύναϑαι ποιεῖν ἤπερ δύναιτο. Vid. Etymol. v. Ἀλαζών.

P. 11. l. 1. Τὸν δὲ πλησίον] *Voſſ.* τῶν δὲ πλησίων habet.

Ib. l. 3. Τὰ καταῤῥαθυμημένα] Διὰ ῥαθυμίας προειμένα ὑφ' ὑμῶν καὶ ἀπολωλότα. *Wolfius.*

Ibid. Πάλιν ἀναλήψεσθε] Notæ geminationem particularum πάλιν & ἀνὰ, ut ſi dicas *rurſus recipere. Idem.*

Ib. l. 5. Εκείνῳ] *Voſſ.* κἀκείνῳ.

Ib. l. 8. Καὶ τῶν πάνυ νῦν δοκούντων οἰκείως ἔχειν αὐτῷ] Et ad proceres aulicos, & ad Olympiadem uxorem, & ad Alexandrum filium hæc pertinere poſſunt. A Pauſania certè ſatellite in ſolenni pompâ Cleopatræ nuptiarum eſt interfectus; cum quidem expeditionem Perſicam animo agitaret: de quâ conſulenti Apollinem reſponſum fuit:

Εστεπται μὲν ὁ ταῦρος· ἔχει τέλος, ἔστι δ' ὁ θύσων.

Quod ille oraculum non de Pauſania, interfectore ſuo, ſed de ſe & rege Perſarum eſt interpretatus; quòd ipſe illum taurum eſſet immolaturus. *Wolfius. Voſſ.* non agnoſcit voces νῦν αὐτῷ.

Ib. Schol. l. 18. & ſeq. Καὶ μὴν ἤδη ἐπείσθησαν αὐτῷ ἔπεμψαν βοήθειαν πρὸς Ολυνθίους] In eo ſe conſtanter fallit Scholiaſtes, quòd hanc orationem poſt Olynthiacas habitam fuiſſe putet. Vid. *Tourrellum* ſupra p. 213. & in Arg. ad i. Olynthiacam: vide etiam *Dionyſ. Halicarn.* in Epiſt. ad Amm. p. 193. Ed. doctiſſ. Hudſoni.

P. 12. l. 1. Οὐκ ἔχοντα ἀποστροφὴν] Res pro perſonis, οὔτε οἱ μισοῦντες, οὔτε οἱ δεδιότες, οὔτε οἱ φθονοῦντες ἔχουσι καταφυγὴν οὐδὲ ἀσφάλειαν. *Wolfius.*

Ib. l. 5. Ασελγείας] Varios habet ſenſus vox ἀσελγὴς, à quo ἀσέλγεια. Neque enim *incontinentem* ſolum & *laſcivum*, ſed etiam *petulantem*,

 ſuperbum,

ſuperbum, *injurium* ſignificat. *Jul. Pol.* lib. viii. 75. Ἐπὶ δὲ τοῦ ὑβρίσαντος, ὑβριστὴς, ὑπερήφανος, ὑπερόπτης, ἀσελγής. Quin & *magnum* ſæpe apud veteres ſignificat. Sic ἄνεμος ἀσελγὴς, *Ventus magnus*. Vid. Suid. v. Ἀσέλγεια. *Etymol.* v. Ἀσελγής. *Heſych.* v. Κριός. Et *Scholiaſt.* ad Mid. Demoſth. ſub init.

Ib. l. 7. Ἀπειλεῖ καὶ λόγους ὑπερηφάνους] Ὅτι ἐμβαλεῖ εἰς τὴν Ἀττικὴν, τιμωρησόμενος τοὺς Ἀθηναίους. Vid. α΄. (id eſt γ΄. nobis) Ολ. & epiſtolam Philippi. *Wolfius*. [Mox *Voſſ.* pro λέγει, πέμπει habet.]

Ib. l. 8. Οἷός τε] Οἷός ἐστι ſine τε ſignificat *vult*, & *mavult*: at cum particulâ τε, notat τὸ δύνασθαι, *poteſt*. Vid. *Harpocrat.*

Ib. l. 9. Ἔχων ἃ κατέστραπται μένειν ἐπὶ τούτων.] Τὸ ἔχων videtur Atticiſmo abundare, ut ληρεῖς ἔχων. Sed & interpretari ſic licet, ἔχων ταῦτα ἃ κατέστραπται· καὶ μένειν ἐπὶ τούτων, id eſt, ἀρκεῖσθαι τούτοις, στέργειν ταῦτα. *Wolfius*. [MS. *Laud.* habet μένειν ἐπὶ τούτοις.]

Ib. Schol. l. 14. Οὐ χωρὶς οὐ δυνατόν] Ex *Wolfio*. τὸ ζῆν repoſui: ex eodem l. 34. τὸ σχῆμα.

Sect. V.

Pag. 13. l. 4. Πότ' οὖν] *Demoſt.* in Cherſonet. p. 61. ut & Philipp. iv. p. 80. Πότε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθελήσομεν; ὅταν, νὴ Δί', ἀνάγκη τὶς ᾖ; ἀλλ' ἣν μὲν ἄν τις ἐλευθέρων ἀνθρώπων ἀνάγκην εἴποι, οὐ μόνον ἤδη πάρεστιν, ἀλλὰ καὶ πάλαι παρελήλυθε· τὴν δὲ τῶν δούλων, ἀπεύχεσθαι δήπου μὴ γενέσθαι δεῖν. Διαφέρει δὲ τί: ὅτι ἐστὶν ἐλευθέρῳ μὲν ἀνθρώπῳ μεγίστη ἀνάγκη ἡ ὑπὲρ τῶν γινομένων αἰσχύνη. καὶ μείζω ταύτης οὐκ οἶδα ἥν τινα ἂν εἴποι τις· δούλῳ δὲ πληγαὶ, καὶ ὁ τοῦ σώματος αἰκισμός· ὃ μήτε γένοιτο, οὔτε λέγειν ἄξιον. *Quando, Athenienſes. officio fungi volemus?*

lemus? Quando, mehercule, neceſſitas aliqua fuerit? Sed quæ liberorum hominum neceſſitas dici queat, ea non modò jam adeſt, ſed olim etiam præteriit; at ſervilis illa, ne quando ingruat, optandum eſt. Quid verò intereſt? Quòd ingenuo homini maxima eſt neceſſitas, rerum geſtarum dedecus, eaque quam majorem quis dicat equidem haud neſcio: ſervo autem plagæ, & corporis cruciatus; quod abſit ut fiat, & dictu indignum eſt.

Ib. Schol. l. 19. Διάκρισιν] Mendoſa planè lectio. Itaque, præeunte *Wolfio*, ἀπόκρισιν excudendum curavi. Mox l. 34. τὸ, γὰρ ejeci, quippe quod nihil ad rem faciat, ſed ex præcedente γὰρ natum videretur.

P. 14. l. 1. Η βȣ́λεσθε] *Longin.* Sect. 18. Ed. doctiſſ. *Z. Pearce*, de pulcherrimo hoc loco hæc habes: Ην ἦ, ἁπλῶς ῥηθὲν, τὸ πρᾶγμα τῷ παντὶ καταδεέστερον· νυνὶ δ', τὸ ἔνθεν καὶ ὀξύῤῥοπον τῆς πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως, καὶ τὸ πρὸς ἑαυτὸν ὡς πρὸς ἕτερον ἀνθυπαντᾷν, ȣ̓ μόνον ὑψηλότερον ἐποίησε τῷ σχηματισμῷ τὸ ῥηθὲν, ἀλλὰ καὶ πιστότερον. Αγει γὰρ τὰ παθητικὰ τότε μᾶλλον, ὅταν αὐτὰ φαίνηται μὴ ἐπιτηδεύειν αὐτὸς ὁ λέγων, ἀλλὰ γεννᾷν ὁ καιρός· ἡ δ' ἐρώτησις ἡ εἰς ἑαυτὸν, καὶ ἀπόκρισις μιμεῖται τȣ̃ πάθȣς τὸ ἐπίκαιρον. Σχεδὸν γὰρ, ὅσον ὑφ' ἑτέρων ἐρωτώμενοι παροξύνονται ἐκ τȣ̃ παραχρῆμα, πρὸς τὸ λεχθὲν ἐναγωνίως καὶ ἀπ' αὐτῆς ἀληθείας ἀνθυπαντῶσιν· ȣ̔́τω τὸ σχῆμα τῆς πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως, εἰς τὸ δοκεῖν ἕκαστον τῶν ἐσκεμμένων ἐξ ὑπογύȣ κεκινῆσθαί τε καὶ λέγεσθαι, τὸν ἀκροατὴν ἀπάγει καὶ παραλογίζεται. *Eſſet autem hæc res, ſi ſimpliciter diceretur, omnino abjectior* quàm decuit: *nunc autem comitata vis velocitaſque interrogationis & reſponſionis, & ille ſibi ipſi velut alteri* objicienti *occurrendi modus, figurâ non ſolùm ſublimius fecit id quod dictum eſt, ſed & credibilius; Pathetica enim tunc magis commovent, cum ea videatur non elaborare ipſe Orator, ſed generare occa-*

ſio: ad ſe autem directa *Interrogatio &* facta *Reſponſio imitatur affectum ex occaſione natam. Ferè enim, in quantum illi, qui ab aliis* quid *interrogati ſunt, ſubito exacuuntur,* & *ei, quod dicitur, concitatè atque ex ipſâ veritate reſpondent; ſic figura interrogationis & reſponſionis adducendo auditorem, ut ei videatur unumquodque eorum, quæ meditata ſunt, extempore concipi dicique, etiam fallit* eum.

Ib. l. 2. Αὐτῶν πυνθάνεσθαι] MS. *Laud.* αὐτοί.

Ib. l. 3. Λέγεταί τι καινόν:] Sexcentis in locis hanc civibus ſuis levitatem exprobrat Demoſthenes; ſimilem quoque querelam apud Iſocratem invenies. Divus Lucas *Actorum* capite xvii. com. 21. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον. *Athenienſes autem omnes, & qui illic verſabantur, hoſpites, ad nihil aliud vacabant, niſi ad audiendum aut dicendum aliquid novi.* Inſigne profectò hujuſce novorum rumorum aucupii apud Cæſarem exemplum eſt, qui hæc habet de veteribus Gallis lib. iv. de Bell. Gall. cap. 5. *Galli,* inquit, *novis plerumque rebus ſtudent. Eſt Gallicæ conſuetudinis, ut & viatores etiam invitos conſiſtere cogant, & quod quiſque eorum de quâque re audierit, aut cognoverit, quærant; & mercatores in oppidis vulgus circumſiſtat, quibus ex regionibus veniant, quaſque res ibi cognoverint, pronunciare cogant.* Idem etiam Romanis vitium ſcriptores ipſorum objiciunt: inter cæteros *Juvenalis* Satyra vi. 407, & ſeqq. Vide Caſauboni Comment. ad Theophraſt. cap. περὶ λογοποιΐας.

Ib Γένοιτο γὰρ ἄν τι] *Voſſ.* τί δ' ἄν, τί. *Pith.* & *Ben.* θ. τί δ' ἂν γένοιτο. Et ſic quidem Demoſthenes ad epiſtolam Philippi, p. 91. Sed recepta lectio melior, eandemque alibi uſurpat Demoſthenes: locus non occurrit. Frequentiſſimus eſt apud optimos ſcriptores, iſque valde elegans particulæ γὰρ in

in interrogatione pleonaſmus. Inſigne exemplum eſt Actorum cap. xix. ver. 35. Ανδρες Εφέσιοι, τίς γὰρ ἐστιν ἄνθρωπος ὃς οὐ γινώσκει τὴν Εφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Αρτέμιδος καὶ τοῦ Διοπετοῦς; Sic etiam Matth. xxvii. 23. & Marc. xv. 14. τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν: ubi ſatis erat τί κακόν. Præcipue notanda eſt hæc particula cùm indignationem adjunctam habet. *Ariſtoph.* in Plut. τὸ γὰρ ἀντιλέγειν τολμᾶν ὑμᾶς, &c. *Itáne verò, audeatis etiam negare?* Latini, Græcos imitantes, dixerunt *Quiſnam* in interrogatione, & *Quidnam*; ubi παρέλκει particula *nam*. Veteres autem Latini hanc præfigebant: quos ſequens Maro dixit,

Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras
Juſſit adire domos?

Vid. *Hen. Steph.* Diſſert. de Stylo N. T.

Ib. l. 4. Η Μακεδὼν ἀνὴρ Αθηναίους καταπολεμῶν] In Orat. de Coron. eadem ſententia fuſiùs exprimitur. Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτό γε οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν, ὡς τὸ μὲν ἐν Πέλλῃ τραφέντι; χωρίῳ ἀδόξῳ, τότε γε ὄντι, καὶ μικρῷ τοσαύτην μεγαλοψυχίαν προσῆκεν ἐγγενέσθαι, ὥς τε τῆς τῶν Ελλήνων ἀρχῆς ἐπιθυμῆσαι, καὶ τοῦτ᾽ εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι· ὑμῖν δ᾽ οὖσαν Αθηναίοις, καὶ καθ᾽ ἡμέραν ἑκάστην ἐν πᾶσι καὶ λόγοις καὶ θεωρήμασι τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς ὑπομνήμαθ᾽ ὁρῶσι, τοσαύτην κακίαν ὑπάρξαι, ὥς τε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας αὐτεπαγγέλτους ἐθελόντας, παραχωρῆσαι Φιλίππῳ· οὐδ᾽ ἂν εἷς ταῦτα φήσειε. *Atqui nemo dicere audebit, decuiſſe Pellæ educato, in oppido & obſcuro (tum quidem) & parvo, tantam innaſci animi magnitudinem, ut Græciæ principatum expeteret, idque in animum induceret: vobis autem, Athenienſibus, quotidie in omnibus & orationibus & ſpectaculis virtutis majorum monumenta intuentibus, tantam ineſſe ignaviam, ut Græcorum libertatem ultrò,*

volentes, Philippo proderetis. Nemo eſt qui hæc dixerit.

Ib. l. 8. Οὗτός τι πάθῃ] Si quid ei acciderit: *i. e.* ſi moriatur ille: notus εὐφημισμὸς, cujus exempla paſſim obſervanda ſunt. Sic *Cicero* in Catilin. iv. *Deinde, ſi quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar.*

Ib. l. 9. Ἂν περ οὕτω προσέχητε] Ἐὰν οὕτως ἀμελήσητε τῶν πραγμάτων. Sunt enim hæc κατ᾽ ἀντίφρασιν intelligenda. *Wolfius.* [MS. *Voſſ.* προσέχετε habet.]

Ib. l. 11. αὐτοῦ ῥώμην] MS. *Laud.* αὐτοῦ *Voſſ.* pro ῥώμην, γνώμην exhibet; mox, pro ὅσον, ἀλλά. utrumque malè: deinde pro ἀμέλειαν *Ben.* η. ῥαθυμίαν. Ipſius autem Θ. *Pith.* & Cod. *Lutetianos* ἀμέλειαν καὶ ῥαθυμίαν.

Ib. l. 13. Καίτοι καὶ τοῦτο] S. ὃ θρυλλοῦσιν οἱ πολλοὶ, ὅτι τέθνηκε Φίλιππος, εἰ συμπέσοι. Videtur enim aut ἐλλειπτικὸν aut redundans. *Wolfius.* MS. *Laud.* non agnoſcit τὸ τοῦτο, & pro eo *Pith.* τούτων habet. In *Voſſ.* ſic ſe habet ſententia: καίτοι τοῦτο εἰ πάθοι.]

P. 15. l. 1. Τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξει] *Pith.* τὸ τῆς τύχης· & ſic infra p. 36. τὸ τῆς τύχης [f. εὐμενὲς] ἡμ. συναγωνίζεται. Cæteri omnes impreſſi, ut & MSS. quos vidi, pro ὑπάρξει, ὑπάρξοι habent; *Ben.* α. & Cod. *Lutet.* ὑπάρξαι, quæ lectio melior videtur.

Ib. l. 3. Καὶ τοῦτο ἐξεργάσαιτο] Ita *Laud.* & *Pith.* impreſſi omnes præter *Ben.* καὶ γάρ. In MS. *Voſſ.* tota ſententia ſic concipitur: εἴπερ ἀεὶ βέλτιον, &c. καὶ τότ᾽ ἐξεργάσαιτο.

Ibid. Καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο] Si pro γὰρ legas τοῦτο, ut habet Obſopæus, conjungere licebit: καὶ εἰ τὰ τῆς τύχης [εἰ ἡ τύχη] ὑπάρξοι· ἡμῖν καὶ ἐξεργάσαιτο τοῦτο S. ὅπερ ἤρξατο. Si fortuna nobis faverit, &

huic

huic etiam beneficio quaſi ſummam manum addiderit, id eſt, ſi Philippus ex morbo deceſſerit. Licet & δυνητικῶς exponere: fieri enim poteſt ut Fortuna quod cœpit perficiat: & εὐκτικῶς, utinam verò abſolvat id quod inſtituit, id eſt, perimat eum quem proſtravit. *Wolfius.*

Ibid. l. 4. Ἅπασιν ἂν] MS. *Voſſ.* non agnoſcit τὸ ἂν, mox, pro διοικήσαισθε, διοικήσετε habet: ſicut etiam *Pith. Wolfius* autem inter varias lectiones διοκήσετε.

Ib. l. 7. Οὐδὲ διδόντων ὑμῖν τῶν καιρῶν Ἀμφίπολιν] Amphipolis antiquitùs ἐννέα ὁδοὶ, poſtea Amphipolis nominabatur, quia, ut ait Thucydides [cui aſſentit Auctor Etymologici] eam amnis Strymon penè circumfluat. Suidas ita appellatam dicit, quia circùm undique coleretur] Hodie vocatur *Emboli.* Cimon Miltiadis F. Coloniam decem millium Athenienſium ad hanc urbem olim deduxit, quæ commodiſſimè ſita erat ad infeſtandam Macedoniam, cum intra eam & Thraciam jaceret. Philippus citò hoc animadvertit. Itaque vix ſolium aſcenderat, quin eam occuparet; cum autem diutiùs eam retinere non poſſet, id libenter fecit quod neceſſitas exegit, ejuſque incolis conceſſit ut Democratiâ uterentur. Eam iterum poſt biennium obſidens Athenienſibus ſe traditurum fidem dedit, urbe autem captâ promiſſo non ſtetit. Maximè Athenienſium intererat urbem adeo ipſis opportunam recuperare, neque quidquam erat de quo eos tam ſollicitos eſſe oportuit: itaque Demoſthenes, ut oſtendat quam deplorata ſit ipſorum ſocordia, atque imprudentia, apertis, inquit, per occaſionem portis Amphipoleos, veſtra inter vos diſſidia, atque animi incertitudines, vobis eas iterum occluderent. *Probus* in *Cim. Plutar. Dem.* in Ariſtoc. & de Fal. Leg. *Tourrellus.*

Ib.

Ib. l. 8. Απηρ͂ημϑύοι] *Ben.* ε. η. τ͂ πραγμάτων ἀπηρ͂ημϑύοι· quod minus placet. Sugillat hîc Orator civium ſuorum levitatem ſolennem atque inconſtantiam: eamque pulchrè exprimit vox ἀπηρ͂ημϑύοι, quæ ſignificat *ſuſpenſi*, ideoque *fluctuantes*, ut ipſe in verſione reddidi. Haud multùm abſimile eſt quod Apoſtolus Epheſiis dicit, cap. iv. 14.—κλυδωνιζόμϑυοι κ̀ περιφερόμϑυοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας. Sumitur quidem aliàs hoc verbum pro κεχωρισμϑύοι, ut obſervat Scholiaſtes, μακρὰν εἶναι, *longè abeſſe*, *aberrare*: ſenſu, ut opinor, minùs huc arridenti, quemque ſententiæ ſtructura non admittat; niſi inſerantur v. τ͂ πραγμάτων, vel legamus τῆς παρασκδυῆς κ̀ τῆς γνώμης.

Sect. VI.

Ib. l. 11. Εθέλοντας] *Ben.* α. β. ἐθέλοντας: deinde ἑτοίμως, ſicut etiam *Pith.*

Ib. Schol. l. 6. Ενίοτε, &c.] Locus manifeſtè eſt corruptus: itaque ex conjecturâ *Wolfii*, poſtulante etiam ſenſu, lego ἐνίοις ἐξ αὐτῶν ἠδιώαντο τ͂ ἑτέρων περιγϑύέσϑ.

P. 16. l. 3. Οὕς τινας] *Ben.* α. ὅσȢς.

Ibid. l. 8. Ακέσηλε] *Pith.* ἀκέσατε. Mox l. 10. *Morellius* inter varias lectiones κενὴν παρασκευὴν habet: quod quidem maximè arridet; itaque legiſſe videtur Scholiaſtes.

Ib. l. 11. Αναβάλλεσθαί με τὰ πράγματα] Quomodo? cum parvæ copiæ citiùs comparari poſſint, quàm magnæ? An quia his bellum duci potiùs quàm confici poteſt? *Wolfius.*

Ib. l. 13. & ſeq. Οὐ γὰρ ἂν τάγε ἤδη γεγϑυημϑύα &c.] Mirum quantum hallucinatus eſt *Wolfius*. qui hunc locum ita tranſtulit: *cum, quo quidem in loco res nunc ſunt, auxiliis quæ nunc mittimus,*

peri-

pericula propulſare non poſſumus. Senſus hic eſt: quæ jam nobis damna evenerunt, auxiliis nunc miſſis defendere non poſſumus; etenim infectum reddere quod factum eſt non ipſe poteſt qui poteſt omnia, juxta illud *Horatianum* Od. iii. 29.

non tamen irritum,
Quodcunque retro eſt, efficiet, neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens ſemel hora vexit.

Ib. Schol. l. 22. & ſeq. Οὐ γὰρ, &c.] Iterum confundi duo Scholia videntur, voces ἡμῖν ἐξελθεῖν ad τὸ εἰπόντες referenda ſunt, ad oſtendendum, quomodo implenda ſint ea quæ in textu eſt ἔλλειψις: χρήσιμοί εἰσι ξύμβουλοι expoſitio eſt τοῦ μάλιστα εἰς δέον λέγουσιν. Sub finem hujus Scholii lege δι' οὗ.

P. 17. l. 2. Τίς ἡ πορ.] A cæteris omnibus & impreſſis & MStis abeſt articulus ἡ.

Ib. l. 8. Εἴτις ἄλλος] In nonnullis ἄλλως, quam equidem lectionem receptæ præferendam duco.

S E C T. VII.

P. 18. l. 3. Ἱππαγωγοὺς] *Caſaubon.* ad hanc vocem in *Equit. Ariſtoph.* " Naves Græcorum variè " nominantur: ferè à menſurâ, quam capiunt, ut " *Chiliagogi*, *Myriagogi*: vel à re cui ſunt deſtinatæ " ut σιταγωγοὶ, quæ deferunt τὸν σῖτον, *i. e. frumen-* " *tum.* Sic & illæ naves quibus utebantur in tranſ- " vehendis equis, quibus poſtea utebantur in terrâ, " Gr. Ἱππαγωγοὶ, Lat. *Hippagines.*"

P. 18. l. 8. Πύλας] Pylæ, ſive Thermopylæ: tranſitus ſexaginta paſſuum latitudine, inter Phocidem ac Theſſaliam. Varii lacus, ſicut etiam Mare Locrenſe, & mons Œta, haſce anguſtias impediebant; quas Philippus appellavit *Clavem*

Græciæ:

Græciæ. Phocenſes, ut munimentum adverſus Theſſalos, hoſtes ipſorum implacabiles, haud difficulter cuſtodiendum poſſiderent, murum ædificârunt ad Thermopylas, quà ſolùm ex Theſſaliâ in Phocidem patet introitus. Hiatus qui in hoc muro facti erant, ne viam prorſus obſtrueret, appellabatur Πύλαι, *Portæ*; cui voci addita eſt v. [illegible]αὶ, *calidæ*, propter calida quædam, quæ circa [illegible] cum erant, lavacra; exque his duabus facta [illegible] Thermopylæ. *Tourrellus*. [*Jac. Palmerius* Scholiaſten noſtrum ignorantiæ in Geographicis ex hoc loco arguit, nempe quòd Pylas inter Parnaſſum & mare ponat, quum pro Parnaſſo deberet dicere Callidromum, vel Œtam. De Thermopylarum ſitu conſulendus eſt, qui eum accuratè deſcribit, Strab. l. ix. & Livius lib. xxxvi. 15.]

Ib. Χεῤῥόνησον] Hoc intelligendum eſt de Cherſoneſo, ſive Peninſulâ, Thraciæ, poſt unum annum Athenienſibus traditâ à Cherſoblepte; (uno ex Thraciæ regibus, Coti autem filio) quippe qui eam contra Philippum defendere non poſſet. Cardiani, qui in hac tum regione florebant, novos hos dominos agnoſcere recuſârunt, quin ad Philippum confugere. Is, ut eorum defectionem adjuvaret, cujus ipſum etiam autorem extitiſſe veriſimile eſt, in Cherſoneſum arma intulit. *Ibid.*

Ibid. Καὶ Ὄλυνθον] Ergo hoc tempore incolumis ea urbs fuit. *Wolfius*.

Ibid. Ὄλυνθον] De Olyntho prolixiùs, magiſque ad propoſitum dicemus, cum de Olynthiacis nobis erit agendum. Philippus jam fortaſſe adverſus Olynthum hoſtilitèr ſe geſſerat, minimè verò ejus obſidionem inſtruxerat, neque quidquam omnino fecerat quod eò ſpectaret; alioquin Demoſthenes nequaquam id tam levitèr hoc in loco attigiſſet, cum

cum de eo alibi tam frequentèr, tantâque vi, declamitet. *Tourrellus.*

Ib. l. 10. Παραςῆναι] Cæteri omnes editi & MSS. *Voſſ.* ἐκπαραςῆναι. *Ben.* γ. παραθεῖναι.

Ib. l. 12. Εὔβοιαν] Eubœa, inſula maris Ægei, quam Euripus a Bœotiâ ſeparabat; [tam modica verò ut ponte jungatur] ita olim nominabatur propter lata ejus atque opima paſcua; hodie vocatur *Negropont.*] *Macrin* etiam ab antiquis appellatam fuiſſe diſcimus, ob anguſtiam ſuam & longitudinem.] Athenienſes hanc inſulam ſub ditione ſua habuerant; inque duas primarias ejus civitates, Eretriam & Chalcidem, colonias deduxerant, *Vell.* lib. i. c. 4. Thucydides dicit, lib. viii. Athenienſes, tempore belli Peloponneſiaci, ejus defectione conſternatos fuiſſe, propterea, quòd majores ex eâ fructus, quam ex totâ Atticâ, percipiebant. Poſtea præda factionibus eſt facta, quarum unaquæque exterorum viribus accingi ſatagebat, Athenienſes aliis, aliis Philippum auxilio vocantibus. Ibi Phocion ſe illuſtrem præbuit. *Plut.* in Phoc. Annum, quo facta fuerit hæc expeditio, certò definire non poſſumus; de quâ ne verbum quidem Diodorus: ex eventuum tamen a Demoſthene narratorum ſerie conjicere licet, accidiſſe eam inter quartum & nonum quo Philippus regnabat annum, poſtquam nempe, Theſſalis imperio adjectis, ipſorum portus atque claſſes in poteſtatem ſuam redegiſſet. *Tourrellus.*

Ibid. Ἁλίαρτον] Haliartus, urbs Bœotiæ ad lacum qui Copaïs dicitur. Poetæ numquam non Haliartum & Coroniam conjungunt; idque non ſolùm propter earum vicinitatem, verùm etiam quòd duo fratres, Haliartus & Coronus, eas condiderunt. *Hom.* Il. lib. ii, [ver. 503] *Callim.* Hymn. in Lavac. Pall. *Pauſ.* l. ix. Ex Diodoro diſcimus, Pho-

Phocenſes, paucos annos ante habitam hanc orationem, multùm Philippo in Bœotiâ prævaluiſſe. Veriſimile eſt Athenienſes, illis cùm amicitiæ, tùm etiam privati commodi vinculo conjunctos, nonnihil contuliſſe ad proſperum hujus belli ſucceſſum, quod Demoſthenes inter memorabilia eorum facinora recenſet. *Tourrellus.*

Ib. l. 13. Καὶ τὰ τελευταῖα πρώην εἰς πύλας] Vid. ſupra: conſule etiam Diodorum lib. xvi. Hiſtoriæ ſumma hæc eſt. Thebani victos armis Lacedæmonios & Phocenſes apud Amphictyonum concilium accuſaverant; illos, quòd Cadmeam arcem induciarum tempore occupaverant; hos, quod terræ ſacræ tractum excoluiſſent. Illi pecuniâ damnantur, majori quam quæ exſolvi poſſet. Igitur Phocenſes, Philomelo duce, templum Delphicum occupant. Hinc conflatum bellum, quod Phocicum, ſive Sacrum, appellatur, quodque novem, ut Diodorus refert, decem verò, ut Pauſanias, annos duravit. Pleræque Græciæ urbes Phocenſes, ut ſacrilegos, ultione perſequendos cenſent; Athenienſes contrà & Lacedæmonii iis auxiliantur. Philippus, à Thebanis Theſſaliſque dux belli creatus, Phocenſes prælio vincit. Athenienſes, audito belli eventu, ne in Græciam tranſiret, anguſtias Thermopylarum occupant: *Pari ratione*, inquit Juſtinus lib. viii. *ſicuti anteà advenientibus Perſis; ſed nequaquam ſimili aut virtute, aut cauſâ; ſiquidem tunc pro libertate Græciæ, nunc pro ſacrilegio publico; tunc a rapinâ hoſtium templa vindicaturi, nunc, adverſus vindices, templorum raptores defenſuri*: &c.

Ib. l. 14. Ὁρμήσαιτε. *Pith.* ὁρμήσετε. MS. *Voſſ.* ὁμήσεται.

Ibid. Οὔτοι πάντελῶς, οὐδ' εἰ] Explicatior erit ſententia, ſi, juxta Morellium in variis lectionibus,

eam ita refingamus: ἔτοι παντελῶς τῦτο, [ſcilicet τὸ Philippo ἐν τῇ γνώμῃ παραςῆσαι, — ὡς ὁρμήσαιτε] ἐδ' εἰ μὴ ποιήσαιτ' ἂν, ὡς ἔγωγέ φημι δεῖν εὐκαταφρόνητόν ἐςιν.

Ib. Schol. l. 19. Ἀπεσώσαντο] Ex *Wolfio* ἀπεώσαντο emendavi; potiùs tamen legendum ſuſpicor ἀπεσείσαντό.

P. 19. l. 2. Εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὑμᾶς] Non dubito quin legendum ſit, εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὄντας ὑμᾶς, addito participio, quòd ſæpe perperam prætermittitur. *Wolfius.* [*Voſſ.* participium agnoſcit.]

Ib. l. 3. Εἰσὶ γάρ εἰσιν οἱ πάντ' ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ] Philippus auro in ſpeculatores impendendo nunquam pepercit; eoque plures ſe, quam ferro, urbes expugnâſſe gloriatus eſt. Demoſthenes inter proditores hîc deſignat Ariſtodemum & Neoptolemum; minimè verò Æſchinem, qui non niſi poſt ſex annos Philippi commodis inſerviit. *Tourrellus.*

Ib. l. 6. & ſeq. Μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν πλεῖν ἐπὶ τὴν ἐκείνε χώραν ὑμῖν] Macedonia, cujus quidem regnum hæreditarium erat, ſita eſt in Thraciâ antiquâ; limites verò habuit à meridie montes Theſſaliæ, ab oriente Bœotiam & Pieriam, ab occaſu Lynciſtas, à ſeptentrione Mygdoniam & Pelagoniam. Poſtquam autem Philippus partem Thraciæ atque Illyrici ſubegiſſet, patuit id regnum à mari Adriatico uſque ad Strymonem fluvium. Decem reges numeravit à Perdicca primo rege ad Philippum tum regnantem. Ejus regia urbs erat Pella, celebris ob Philippum ejuſque filium Alexandrum ibi natos. *Idem.*

SECT.

Sect. VIII.

Ib. l. 10. Παρασκευάσασθαι] MS. *Laud.* παρασκευάσθαι. *Ben.* α. β. ϑ. παρεσκευάσθαι. Mox *Pith.* πρὸ τῶν τούτων.

Ib. Schol. l. 15. Τὸ τῶν Ἁλίαρτον ἀρσενικῶς ὡς καὶ Ὅμηρος] Nempe loco ſuprà citato; ad quem vid. *Euſtath*. fol. 203. 23.

P. 20. l. 1. Ἐπιστολιμαίους] Quatuor hujuſce vocis interpretationes recenſuit *Tourrellus*. Prima eſt *Henrici Stephani*, qui ἐπιστολιμαίους δυνάμεις rectè vertendum cenſet, *Miſſitias Copias*, ex Suetonio: & tum ſenſus erit, copias Veteranorum, qui contra privilegia ſua coguntur iterum militare. Secunda eſt *Jul. Pollucis*, qui per ἐπιστολιμαῖος intelligit *Peregrinus*: ita ut, juxta eum, τὸ ἐπιστολιμαῖοι δυνάμεις nihil aliud ſignificabit quàm *copias peregrinas* ἃς ἐπιστέλλουσιν οἱ ξένοι. Tertia *Phavorini* eſt: iſque vertit διαπόντιος, *tranſmarinus*, & pro ἐπιστολιμαῖος legit ἀποστολιμαῖος, eam vocem ob ἀπόστολος derivans, quæ claſſem ſive navalem apparatum denotat. Quarta, quamque ipſe ſequitur, *Wolfii* eſt, qui per has voces intelligit, Copias quæ, cum eſt opus, foris contrahendæ, & miſſis literis aut legatis accerſendæ ſunt. Hactenus *Tourrellus*: quem miror duas ex *Polluce* & *Phavorino* interpretationes elicuiſſe, quum idem planè ad verbum uterque dicat; excepto quòd hic ἀπ'. ille vero ἐπιστολιμαῖος habet: vid. *Poll.* vi. 49. *Phavorin.* col. 682. *Palmerius* longè alio ſenſu hunc locum interpretatur: ejus verba hæc ſunt. "Intelligit (credo) minas " per epiſtolas ad Philippum miſſas, de quibus in- " fra ait [p. 26.] ταῖς ἐπιστολαῖς πολιμῆτε Φιλίππῳ." In eâdem ſententiâ videtur eſſe *Scholiaſt.* ad hanc ver. Omnino autem vide Scholion ad voces μή μοι

μυρίους,

μυρίες, quod ab aliâ manifeſtè manu eſt. Ab omnibus hiſce interpretationibus diverſa demum eſt ea quam protulit *Etymologus*: ita enim ille, col. 365. Ἐπιστολιμαίες στρατιώτας ἀγελαίες εἶπεν Δημοσθένης· παρὰ τὸ στόλος, τὸ στράτος. Quænam ex his optima ſit, lectoris eſto judicium. *Voſſ.* ἐπιστολιμαίας habet.

Ib. l. 2. Ἀλλ' ἡ τῆς πόλεως ἔσω] M. ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἔσαι, καὶ κἂν. Videtur enim neceſſariò, quamvis κακοφώνως addenda conjunctio. *Wolfius*. [*Pith. Voſſ.* & *Ben.* β. η. θ. ἔσαι legunt.]

Ib. l. 4. Τέτῳ πείσεται] Scilicet ἡ πολιτικὴ δύναμις. Unde apparet, mercenarios milites non cuivis duci parere ſolitos. *Idem.*

Ib. l. 5. Καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαι κελδύω]. Τὴν τροφὴν etſi in univerſum de ſuſtentatione exercitûs intelligere licet, tamen pro annonâ ſeu commeatu, quod σιτηρέσιον poſtea dicit, intelligo: ut & cibaria, vel certam pro iis pecuniam ad ſuſtentationem corporis, & aliam pecuniam pro laboribus & periculis dederunt militibus; quæ conjuncta τὸν ἐντελῆ μισθὸν integrum ſtipendium confecerint. *Suidas* Σιτηρέσιον, τὸ διδόμενόν τισιν εἰς τροφήν. *Heſychius* ἐφόδιον. *Budæus* militarem annonam & ſtipendium, & teſſeram frumentariam interpretatur. Apud Cæſarem eſt frequens, militibus metiri frumentum, τὸ σιτομετρεῖν, ἢ σιτοδοτεῖν, &c. *Idem.*

Ib. l. 8. Ἐθελήσετε] *Poteritis*; in eodem ſenſu apud Ariſtoph. In Homero etiam frequentiſſimè: Il. φ. ver. 366. Οὐδ' ἔθελε προρέειν, pro ἐκ ἠδιώατο. Sic Il. ν. ver. 106. Μίμνειν ἐκ ἐθέλεσκον — ad quem locum hæc Euſtathius: Τὸ δὲ ἐκ ἐθέλεσκον, ἀντὶ τοῦ ἐκ ἐδιώαντο. Συνηθὲς δὲ Ὁμήρῳ καὶ ἕτω λαμβάνειν τὴν τοιαύτην λέξιν. Confer Suidam v. Ἐθελήσει.

Ib. l. 10. Ξένες μὲν λέγω, &c. λέγω δὴ τὲς πάντας] Repetitio verbi ejuſdem, propter Hyperbaton, & interjectam ſive parentheſin, ſive prolixam ἐπεμβολήν.

λήν. Sed, ἀλλὶ ξένων, ſubſtituit ϛραϊιώτας eodem ſenſu. *Wolfius.* [Quî verò ϛραϊιώτας eodem ſenſu, quo ſuprà ξένες? Equidem conjicio legendum πεζὲς, idque confirmare mihi videntur cùm ea quæ infra habet, ὥσπερ τὲς πεζὲς τ. ἀ. τ. ϛραϊευομθύες, tum ipſius ſententiæ filum atque ordo naturalis; primò enim exponat orator, quot pedites conſcribendos cenſeat; ſecundò ex his quot cives, quot peregrinos eſſe oporteat: aut igitur ϛραϊιώτας per ſe ſignificat pedites (quo quidèm ſenſu non niſi raro admodùm invenitur), & ſi ſignificet, quid ad rem τὸ ξένες? aut neceſſariò mutandum eſt in τὸ πεζές. In orat. Æſchin. contra Cteſ. πεζὲς ϛραϊιώτας μυρίες καὶ ἱππεῖς χιλίες.]

Ib. l. 13. Καὶ τὰ μέγιϛ' ἐν τοῖς ψηφίσμασιν αἰρέμθυοι] Hoc eſt quod Ariſtophanes in Nubibus vocat γλώτῃ πολεμίζειν, & Latini *verbigerari.* Idem vitium Athenienſibus exprobrat Iſocrates Orat. de Pac. *Tourrellus.*

P. 21. l. 1. & ſeq. Στραϊιώτας διϛχιλίες τέτων ϗ Αθlωαίες φ. δ. ἐ πεντακοσίες] Athenienſes nullis aliis militibus primitùs utebantur, quàm ſuis civibus: ii, quum ad expeditionem aliquam proficiſcendum erat, nomina ſua in Tabulas publicas referebant. Omnibus per vices obeundum erat hoc munus; nullâ vel divitiarum vel nobilitatis habitâ ratione. Ipſi ſuis vicibus Philoſophi loricam induerunt. Plato magiſtri ſui Socratis fortitudinem prædicat, quæ etiam a Senecâ & Plutarcho celebratur. Quin & ipſius Platonis res bello geſtæ literis mandatæ ſunt. Nemo igitur a generali lege obſervanda tunc temporis eximi habebatur, quæ, ut ipſi ſinguli ſervirent, exigebat. Quicunque præſcripto die ad vexillum ſe non receperat, quique ante præſcriptum tempus id reliquerat, Deſertoris pœnâ plectebatur: numerus verò horum militum is erat quem rei geren-

 dæ

dæ ratio poſtulabat. Demoſthenis autem tempore, obſoleta ſunt hæc omnia. Imperator, Factionis prævalentis ope electus, non niſi ex peregrinis & mercenariis, qui malè ſerviebant, exercitum conflavit. Demoſthenes poſtulat, ut iterum valeant antiqua conſuetudo & diſciplina. *Idem.*

Ib. l. 3. Ἐξ ἧς ἂν τινος ὑμῶν] Cives, qui ætatem quadraginta annorum exceſſerant, immunes erant a militiâ. Demoſthenes eorum judicio relinquit, an non Veteranorum privilegia ſuſpendere ex re erit, ut eò magis exercitatiores habeant milites. *Idem.*

Ib. l. 4. Δοκῇ, χρόνον τ. ϛ. μ. μ. τ. α. ο. α. δ. καλῶς ἔχειν] A MS. *Voſſ.* abſunt hæc omnia: Idem mox habet ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλων.

Ib. l. 7. Τοὺς δ᾽ ἄλλους ξένους εἶναι κελεύω] In militiâ Athenienſi omnes extra Atticam nati pro peregrinis habebantur. Peregrini itidem a Mercenariis diſtinguebantur: illo nomine ii milites vocabantur quos a Sociis mutuata eſt Reſpublica; hoc verò, quos mercede conduxit. Horum maxima pars ex Cretâ ducebatur quæ optimis Jaculatoribus pollebat. *Tourrellus.*

Ib. l. 11. Καὶ ἱππαγωγοὺς τούτοις εἶεν] *Robortellus* legi vult καὶ ἱππαγωγοὶ ϛ´ τούτοις εἶεν. quam mutationem, meritò exagitat *Sigonius*, quippe quæ nulla librorum auctoritate munita ſit, quæque venuſtatem orationis impediat, & ſermonem ipſum contra Grammaticæ præcepta deformet. Quod ex Thucydide probat *Robortellus* ſingulas hippagines tricenos Equites vehere ſolitas, qui numerus non valde diſcrepat ab hoc Demoſthenis, certè hoc contra ipſum facit: nihil enim opus fuit, ut orator aliquid de numero hippaginum ſtatueret, quum tam bene notum fuerit quot erant neceſſariæ, etiam ipſo non admonente.

Ib. l. 12. Ταχείας τριήρεις] *Wolſius* vertit *celeres triremes*, *Nic. Carrus* veloces naves; *Tourrellus* autem, *Galéres legérement armées*; cenſetque per ταχείας τριήρεις intelligi debere præſidiarias naves, quem ſenſum ex verbis ſequentibus confirmat ὅπως ἀσφαλῶς ἡ δύναμις πλέῃ, & ex Thucydidis lib. vi. pag. 442. Edit. *Francofur.*

Sect. IX.

P. 22. l. 8. Ληςεύειν] Quid ſit τὸ ληςεύειν optimè illuſtrat locus Livii in libro xv. Verba ſic ſe habent; *In fines Romanos excucurrerunt*, [Veientes] *populabundi magis, quam juſti more belli. Itaque non caſtris poſitis, non expectato hoſtium exercitu, raptam ex agris prædam portantes Veios rediere.*

Ib. l. 14. Ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ] Exſtat Lyſiæ ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς. Et Diodorus lib. xiv. [p. 300. Ed. *Hanov.*] meminit ſocietatis ad Corinthum initæ a Bœotis, Athenienſibus, Corinthiis, Argivis contra Spartanos: & lib. xv. [p. 348.] refert Timotheum, Chabriam, Calliſtratum (non Polyſtratum) duces creatos contra Lacedæmonios. *Wolſius.* [Vid. *Schol.* ad hæc verba in Pluto Ariſtophanis τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ οὗτος τρέφει; p. 13. Ed. *Kuſt.* vide etiam *Suid.* & *Harpocrat.* ad voces ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ.]

Ibid. Ἐν Κορίνθῳ] Inſignis Græciæ urbs intra Iſthmum Peloponneſi ſita. Bellum de quo loquitur Demoſthenes ortum eſt Olymph. 93. Ann. 3tio, & octo annos duravit. Lacedæmonii Olymp. 93. Ann. 4to, everſo Athenienſium imperio, ſui jecerunt fundamenta. Thebæ, Athenæ, Corinthus, & conſequenter cæteræ omnes inferiores ordinis urbes Spartæ leges accipiebant. Itaque tranquilla erant & pacata omnia, quum Græcæ in Aſiâ Coloniæ,

niæ, contra Perſarum Regem Lacedæmoniorum opem implorabant. In Aſiam profectus eſt Ageſilaus, ejuſque ſubjugandæ ſpem ei fecerunt rapidæ ejus victoriæ; quum Regis Perſarum Emiſſarii, quò hoſtem adeo pertimeſcendum ſive debilitarent, ſive amoverent, Thebanos contra Spartam, oblato auro, excitabant. Statim Athenienſes & Corinthii cum iis fœdus inierunt. Libertatis eos conjunxit communis amor; omneſque ultro Corinthi convenerunt, *συνέδριον κοινὸν τῶν συμμάχων Κόρινθος*, ait Diodorus. Arma induunt Athenienſes, eorumque copiæ ſociorum exercitui ſe conjungunt. *Tourrellus.*

Ib. l. 15. Οὗ Πολύστρατος ἡγεῖτο, καὶ Ἰφικράτης, καὶ Χαβρίας] Parum notus eſt primus ex his Imperatoribus. Ne minimam ſanè mentionem cujuſvis Polyſtrati, qui bello de quo hìc agitur interfuerit, inter hiſtoricos invenias. Suidas & Harpocration Polytropum hìc legendum omnino volunt. Equidem haud ſcio, nunquid potius legendum ſit Calliſtratum, qui in bello Corcyrenſi Iphicratis & Chabriæ collega fuit, teſte Xenophonte atque Diodoro. Iphicrates, celebris Athenienſium Imperator, obſcuro genere ortus, ſuæque, ſi quis alius, fuit fortunæ faber. Sutor ei fuit pater, ſocer verò Rex Thraciæ. Chabrias item Athenienſium imperator fuit, inter illuſtres viros unus a Cornelio Nepote celebratos; idem in bello Corinthiaco Iphicrati ſucceſſit. *Idem.*

Ibid. Πολύστρατος] *Tourrellus*, Suidam ſecutus, malè cepit Harpocrationis mentem. Mihi quidem rectè ſe habere recepta lectio videtur. Demoſthenes in Orat. περὶ ἀτελείας p. 295. iterum Polyſtrati mentionem fecit, idque etiam, ex quo eundem eſſe, de quo hìc, credibile ſit, de Iphicrate & Chabria locutus: τιμῶντες γὰρ Ἰφικράτην, οὐ μόνον αὐτὸν ἐτιμήσατε, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκεῖνον Στράβακα καὶ Πολύστρατον. Polytro-

pus Lacedæmoniorum, non Athenienſium, dux fuit; ut ex Diodoro patet, lib. xv. p. 489. Ed. *Hanov.* Vid. *Mauſac.* ad Harpoc.

Ib. l. 16. Καὶ ἄλλοι] Ex iis aliis unus fuit *Callias Hipponici*, ut ex Xenophonte diſcimus, lib. iv. Hellenicorum. *Palmerius.*

P. 23. l. 1. Ἐξ οὗ δ' αὐτὰ καθ' αὐτὰ τὰ ξενικὰ &c.] Plutarchus in vitâ Phocionis, eodem ferè modo effrænem Athenienſium exercituum licentiam exagitat. *Tourrellus.*

Ib. l. 6. Πρὸς Ἀρτάβαζον] Athenienſes eam quæ inter milites ſuos tum regnabat licentiam paulo ante ſunt experti. Charetem ingenti præfecerant exercitui, eique in mandatis dederant, ut Byzantinos, Coos, Rhodios, Chioſque qui ab iis defecerant, ad officium reduceret. Hujus profectò expeditionis felicem fore exitum meritò erat cur ſperarent, modo magnificis pollicitationibus Artabazi, rebellis in Aſiâ minori Satrapæ, reſponſare valuiſſet ipſorum Imperator. Hic Satrapa, ſeptuagies mille militibus circumſeſſus, jamque, adeo impar erat viribus, hoſti ceſſurus, Charetem, qui Athenienſibus copiis in Helleſponto imperabat, pellexit. Artabazo auxilium tulit Chares, illoque a periculis expedito mercedem beneficio parem accepit. Id Charetis factum pro capitali crimine habebatur; quippe quòd non ſolùm neglectis Reipublicæ negotiis peregrino ſe bello immiſcuiſſet, verùm etiam Perſarum regem irritâſſet, qui trecenas naves ſe inſtructurum per legatos minitatus eſt ad inſulares, qui contra Athenas conjurati erant, adjuvandos. His minis perterrefacti Athenienſes, Iſocratis conſilio obſequuti ſunt; itaque maris imperio renunciârunt, utque Rhodii, Byzantini, Chii, & Coi plenâ libertate fruerentur permisêre. Demoſthenes culpam a Charete transfert in milites immorigeros, quibus illi ſtipendia

dia numerare non curabant. *Idem.* [Duas hiſtorias confudiſſe videtur *Tourrellus*; ea, quam hìc habes, ex Diodoro exſcripta eſt, in eo autem narratur de Charete Pharnabazo auxiliante Olymp. 106. ann. 1. Artabazo non niſi poſt tres annos auxiliatus eſt. Vid. *Diod.* l. xvi. & *Schol.* ad has voces, p. 19. μή μοι μυρίες μηδὲ δισμυρίες.]

Ib. l. 13. Περικαλ.] *Voſſ.* περικαλλεστάτας.

Ib. l. 18. Οὐκ ἐχειροτονεῖτε] Melius erit, meo quidem judicio, ſi hæc verba, mutatione aliquâ factâ, ex Athenienſium ore hoc modo proferantur: οὐκ ἐχειροτονοῦμεν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν, ita ut ſenſus loci ſic ſe habeat: "Cum Philippo bellum gerimus: qui "verò potes hoc neſcire? nonne creavimus ex "nobis" &c. cui reſpondetur, "Hoc quidèm con-"cedo; quid verò iſti omnes, quos cum tanta "oſtentatione enumerâſtis, agunt, excepto uno" &c. Videntur opinionem noſtram confirmare quæ ſequuntur: εἰς τὴν ἀγορὰν χειροτονεῖτε — Quod ſi hæc germana ſit lectio, difficile non erit verborum mutationem indagare, quippe cùm inverſo τῷ η ex ἡμῶν, factum eſſet ὑμῶν, cúmque obſervaret aliquis minimè congruere hæc οὐκ ἐχειροτονοῦμεν ἐξ ὑμῶν, in margine Libri ſcripſit ἐχειροτονεῖτε, quod poſtea in Textum irrepſit. Potuit etiam ita ſcriptum fuiſſe, ἐχειροτονεῖτε μὲν &c. τί ᾗ οὖν.

Ib. l. 19. Δέκα ταξιάρχους] Τάξις Suidæ continet viros 128, quorum Dux quondam ταξίαρχος nunc ἑκατόνταρχος: iſtâ ratione milites conſcriptos oportuit 1280. *Wolfius.*

Ibid. Ταξιάρχους] Taxiarchi deni ex ſingulis tribubus fuerunt. Horum autem negotium fuit, ut ordines militares inſtruerent, Pedites in prœlium mitterent, iidemque quò ire, & per quot dies cibum parare oporteret, per præconem denunciarent, &, ſi liberet, militem ex armatorum Catalogo delerent. *Sigon.* lib. iv. cap. 5. de Rep. Ath.

P. 24, l. 1. Στρατηγὰς] Στρατηγοὶ (*Prætores*) deni fuere ex tribubus ſingulis ſinguli, a populo, ut reliqui omnes, in Comitiis declarati. Primis temporibus omnes æquali uſi imperio, ſinguli ſingulorum Dierum imperium obtinebant: iis autem Polemarchus undecimus adjunctus eſt, ut, ſi fortè illi paribus inter ſe ſententiis diſcreparent, ipſe in alteram partem inclinans omnem dubitationem eximeret. Poſtea Polemarchus domi retentus eſt, ut jura inter cives & peregrinos diceret, nec prætores omnes ad bellum miſſi ſunt (quod hìc innuit Demoſthenes) ſed modò unus, modò duo, pro rei periculo: cæteri domi urbanis officiis, ad militiam tamen ſpectantibus vacabant; Qui Στρατηγοὶ ἐπὶ τῆς διοικήσεως appellati ſunt, ut illi Στρατηγοὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων. *Idem*, *Ibid.*

Ibid. Φυλάρχες ϗ ἱππάρχες] Ut prætores & Taxiarchi Peditibus, ſic Hipparchi & Phylarchi Equitibus imperârant. Hipparchi autem duo, Phylarchi decem; illi quidem univerſo, hi verò ſingularum tribuum equitatui ita præfuerunt, ut quemadmodum Taxiarchi Prætoribus, ſic Phylarchi Hipparchis dicto audientes eſſent; qui tamen & ipſi Prætoribus paruerunt. *Idem*, *Ibid.*

Ib. l. 4. Οἱ λοιποὶ] In Etymologo v. Ἱεροποιοὶ οἱ λογοποιοὶ τ. π. πομπεύεσιν, itáque ſananda eſſe hæc verba affirmat *Mauſacus* ad Harpocrat. v. Σεμναὶ Θεαί: contra omnium codicum fidem, & omnino repugnante loci ſenſu: illud quidem πέμπεσιν, inquit, non reprobum eſt. Nam πόμπας πέμπειν, & πομπεύειν dicunt Attici. *Valeſius* in notas Mauſaci hæc habet ad voces οἱ λοιποὶ "ſupple ϛρατηγοὶ, ταξί-" ἀρχοι, pompas vobis deducunt, Delum videlicet, " aut Delphos, ubi ſacra patria faciebant Atheni-" enſes, & propter Philippi claſſem opus habebant " armatis militibus ac ducibus, qui pompam tutò " deducerent."

Ib

Ib. l. 5. Μετὰ τῶν ἱεροποιῶν] *Jull. Poll.* lib. viii. 107. Δέκα ὄντες οὗτοι ἔθυον θυσίας τὰς πενταετηρίδας, τὴν εἰς Δῆλον, τὴν ἐν Βραυρῶνι, τὴν τῶν Ηρακλειδῶν (*Meurſ.* legit Ηρακλείων, quem vide in *Eleuſinia* cap. 25.) τὴν Ελευσίναδι (*Meurſ.* Ελευσῖνι.) Eorum etiam officium erat obſervare an bonâ fide agerent aruſpices. Vid. *Ulp.* ad Mid. p. 352.

Ib. l. 10. Παρ' ἡμῶν] Cæteræ omnes Editt. *Laud. Voſſ.* & *Ben.* β. γ. η. ὑμῶν. Pro ἱππάρχους *Voſſ.* ὑπάρχους habet: mox pro ἄρχοντας οἰκείους *Morellius* in var. lect. καὶ ἄλλους. Lin. ſeq. manifeſtè requiruntur voces ἡ δύναμις, ideoque eas ex aliis editionibus in textum repoſui, conſentientibus MStis, admonente etiam *Morellio*, qui tamen articulum non agnoſcit.

Ibid. l. 12. Αλλ' εἰς μὲν Λῆμνον] Lemnos, hodie *Lenno* ſive *Limni*, inſula maris Ægei inter Montem Athon & Cherſoneſum Thraciam: eam Æſchylus in Perſis inter inſulas Athenienſibus ſubditas recenſet. In Herodoto lib. vi. ac Cornelio Nepote in Miltiad. legere eſt quomodo eam a Pelaſgis, Miltiade duce, ademerint. Byzantini, Rhodii, Chii, Cöique quinquennium ante contra Athenas ſe commoverunt, Lemnumque centum navibus invadere conati ſunt. Athenienſes a Lemnis auxilio vocati ſub optimis ſuis ducibus illuc profecti ſunt. Quatuor annos pòſt Thermopylas occupare aggreſſus eſt Philippus. Eum Athenienſes, quâ tum erant vigilantiâ, eódem, unde venerat, ſe recipere coegerunt: immemores autem eum relictum cœptum renovare poſſe, ſatis habuerunt equitum agmen ad oram Atticæ collocare. *Tourrellus.*

Ib. l. 14. Τόνδ' — ἀγωνιζόμενον] Ex *Morellii* mente τῶν ἀγωνιζομένων emendavi: quam lectionem cæteræ Edd. exhibent, articulum verò ante τῆς πόλεως non agnoſcunt.

Ib.

Ib. l. 15. Μενέλαον ἱππαρχεῖν] Parum inſolens fuit Athenienſibus, extraneum exercitui præficere. Ioni, Epheſi oriundo, ſe quicquid ad optimum ducem formandum requiritur, ex Iliadis lectura hauſiſſe jactitanti, dicit Socrates, *Cur igitur Imperatorium munus non ambis? Quaſi verò,* reſpondet Ion, *me Imperatorem creare, excluſis veſtris civibus vos in animum induceretis. Quidni?* Socrates. *Apollodorus Cyzicenus, Phanoſthenes Andrius, & Heraclides Clazomenius, qui de noſtrâ republicâ tam bene meruerunt, nonne omnes, æquè ac Tu, peregrini erant?* Plat. Ion. [p. 544. Ed. *Serr.*] In Æliano etiam Hiſt. l. xiv. c. 5. Catalogus eſt *Peregrinorum*, qui Athenienſium exercitibus imperârunt. *Tourrellus.* [Ælianus Apollodorum & Heraclidem imperatores ſæpiùs creatos narrat; deinde hoc in Athenienſes eo nomine Eulogium habet. Καὶ ὑπὲρ μὲν τούτων ἐπαινεῖν χρὴ τὴν πόλιν, μὴ καταχαριζομένην τἀληθὲς τοῖς πολίταις, ἀλλὰ νέμουσαν καὶ τοῖς γένει μὲν μὴ προσήκουσι, δι' ἀρετὴν δὲ ἀξίοις τιμᾶσθαι. Vulteio interprete: *Atque ob hæc laudare oportet civitatem, quæ civibus de vero & æquo nihil gratificabatur, ſed illud etiam iis tribuebat, qui gentis quidem ejuſdem non eſſent, propter virtutem tamen eſſent digni, qui honorarentur.*]

Ibid. Μενέλαον] Hunc Philippi fratrem fuiſſe ait *Tourrellus*, ex altero autem conjugio natum. Etenim Philippi mater Eurydice, Menelai Cygnea erat; utriuſque autem pater Amyntas, teſte *Harpocr.* & *Juſtin.* l. vii. Equidem cum *Oliveto* potiùs ſentiam, hunc alium eſſe Menelaum, nobis alias ignotum. Quamvis enim Philippus & Menelaus diverſis matribus fuerint nati, neque ſane amicitiâ conjunctiſſimi, non tamen veriſimile videtur Athenienſes hoſtis ſui fratri tantum confidere voluiſſe.

Ib.

Ib. l. 17. Ἀλλ' ὑφ' ὑμῶν ἔδει κεχειροτονημένον εἶναι τοῦτον, ὅϛις ἂν ᾖ] Populum ſolum penes erat hæc munera conferre; hoc tamen imperatorum arbitrio nonnunquam permiſere. *Tourrellus.*

Sect. X.

P. 25. l. 4. Χρήματα τοίνυν] Conſtructio & collocatio verborum inſolentior. Sed accipio ſic, περὶ χρημάτων τοίνυν, *de pecuniâ, quod ad pecuniam attinet*, ἡ μὲν τροφὴ τῇ δυνάμει ταύτῃ (quod ſequitur κατ' ἐπεξήγησιν accedit σιτηρέσιον μόνον τοῖς ϛρατευομένοις) ἐϛι τάλαντα ἐννενήκοντα, id eſt ἡ τροφὴ τῆς δυνάμεως ἁπάσης τάλαντα τοσοῦτα. 100 drachmæ minam, minæ 60 talentum, talentum 600 aureos facit. Hinc ſuo quiſque arbitratu rationes Demoſthenicas ſupputet: & illud notet, equiti triplum σιτηρέσιον eſſe datum, drachmas tricenas, pediti denas, &c. *Wolſius.*

Ib. l. 6. Τάλαντα ἐννενήκοντα] Talentum multiplex fuit autore *Feſto*; Atticum autem ſex millium Denariorum fuiſſe dicit. Talentum (inquit *Suidas*) Minarum eſt ſexaginta: Mina autem Drachmarum centum. Hoc etiam legimus in verſibus illis qui apud *Priſcianum* leguntur, & *Fannii* eſſe dictitantur:

Cecropium ſupereſt poſt hæc docuiſſe Talentum:
Sexaginta minas; ſeu vis, Sex Millia Drachmas:
Quod ſummum doctis perhibetur Pondus Athenis.
Bud. de Aſſe, Lib. ii.

Cujus lib. 4to videre licet omnia Talenta ad unam formam redacta. De valore communis Attici talenti valde diſcrepant Autores; juxta *Tourrellum* valet noſtrâ monetâ libras 187. ſolidos autem decem; doctiſſ. *Prideaux.* id exæquat libris 188. ſol. 6. den.

den. 8. *Arbuthnottus* libras 193. fol. 15. Vide autem *Seldenum* & *Hoſtum* de re nummariâ. Obſervandum reſtat ex hoc Demoſthenis computo patere, in unum annum duraturum eſſe, quem ille poſtulat commeatum.

Ib. l. 11. *δέκα τοῦ*] Vox *ἕκαστος* a *Voſſ.* etiam abeſt, eam tamen ſententia planè requirit: itáque cæteri omnes cùm editi, tum calamo exarati. Sic paulo poſt, *ἐὰν τ. δ. ἕκαστος λαμβάνῃ.*

Ib. l. ult. Τοῦτ' ἂν] Cæteri omnes *εἰ τοῦτο.*

P. 26. l. 1. Προσποριεῖ] *Ἐκ τῆς λείας καὶ τῶν λαφύρων,* *Wolfius.*

Ib. l. 4. *Ὥστ' ἔχειν μισθὸν ἐντελῆ*] Militum Claſſiariorum *ἐντελὴς μισθὸς*, ſive *integrum & ſolidum ſtipendium* erat drachma Attica in diem. Vid. *Kuſt.* ad Equites Ariſtoph. l. 1364. & *Kuhn.* ad *Jul. Poll.* lib. i. 121. Quantum aliorum fuerit equidem ignoro; ſed palam eſt Demoſthenem magnam ejus partem a bello iis comparandam relinquere.

Ibid. Ἐγὼ] Cæteri omnes impreſſi *κἀγὼ*, *Voſſ.* & *Ben.* α. β. *ἐγὼ ἦ*, quod perinde eſt: unam ex hiſce lectionibus neceſſariò admittendam eſſe, ut ſententia rite connectatur, nemini non liquet.

Ib. l. 5. *Πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος*] Sc. *εἰμὶ οὐκ ἀναίνομαι.* *Wolfius.*

Ib. l. 7. *Ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω*] Fortaſſe legendum *ἅπερ ὑπάρχειν κελεύω.* Vel *ἃ παρ' ὑμῶν ὑπάρχειν κελεύω.* [atque id quidem confirmare videntur quæ occurrunt p. 28. l. 8. *ἃδ' ὑπάρξαι δεῖ παρ' ὑμῶν*] Videtur enim ſignificare tributum eſſe conferendum; & ſequitur poſtea, *αὐτοὶ τῶν χρημάτων ποριςαὶ καὶ ταμίαι γιγνόμενοι*: etſi *τὸ ποριςαὶ* ad latrocinia & prædas agendas fortaſſe pertinet. *Idem.*

Sect. XI.

Ib. l. 9. Πέρα ἀπόδειξις] *Dionyſius Halicarnaſſenſis* in Epiſt. ad Amm. [p. 196. Ed. doctiſſ. *Hudſoni*] reliquam hujuſce orationis partem ſextam Philippicam facit, Themiſtocle Archonte habitam. Mihi autem, ſicuti etiam cæteris omnibus Interpretibus, naturalis primæ Philippicæ continuatio videtur, quare eas ut disjungerem, non potui in animum inducere. *Tourrellus.* [vid. *Schol.* ad Α μὲν ἡμεῖς. Equidem, cum *Tourrello* & *Scholiaſte* quæ ſequuntur hujus orationis partem conſequentem eſſe cenſeo; nollem tamen Dionyſium ideo erroris redarguere. Etenim illi & ſua auctoritas conſtare poteſt, atque hæc nihilominus ſuum adhuc locum retinere. Is ſextam Philippicam Themiſtocle Archonte habitam fuiſſe tradit, ejuſque exordium fuiſſe, Α μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν ταῦτ᾽ ἐστι. Ex eo autem non ſequitur neceſſariò eum hanc primæ Philippicæ partem in animo habuiſſe. Solenne eſt enim oratoribus eaſdem propè periodos diverſis in locis repetere. Quidni igitur credamus eam ſextam Philippicam vitio temporis periiſſe, potiùs quàm hujus orationis partem, (imperfectam enim jam eſſe ſatis oſtendunt verba proximè antecedentia τοῦτ᾽ ἤδη λέξω) cum in libris omnibus cùm impreſſis tum MStis, idque ſenſu commodiſſimo, ſequentia prioribus connectantur?]

Ib. l. 10. Α μὲν ἡμεῖς] *Pith.* ἃ μὲν οὖν ἡμεῖς. *Voſſ.* ἃ οὖν μέν.

Ib. l. 12. Ἐπειδὰν δ᾽ ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας] Cum ſententias ſuffragiis veſtris comprobaveritis factâ diſceſſione: verbi causâ: diverſas ſententias dixerint Demoſthenes, Demades, Phocion. Qui igitur plures è populo aſſeſſores habuerit; τούτου ἡ γνώμη ἐπι-

χειρο-

χειροτονεῖται. *Wolfius* [Semper hunc locum menſoſum eſſe ſuſpicatus ſum; eum meliore ſenſu ſic legendum puto: ἐπειδὰν δ' ἐχειροτονήσατε τ. γνώμας, ἁ. ἀ. ὑ. ἀ. ἐπιχειροτονῆτε, quod verbum cum majorem vim habeat quàm ſimplex verbum χειροτονεῖν, idemque, ut opinor, ſignificare poſſit ac ſi dictum eſſet ἐπικυρῦτε, omnino ſequi debet, non præcedere. Si conjecturis, præſertim meis, venia daretur, ita hanc ſententiam refingendam velim: ἐπειδὰν δ' ἐχειροτονήσατε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ, ἐπιχειρῆτε. Pro hâc lectione non parum, ut videtur, faciunt quæ ſequuntur, ἵνα μὴ μόνον — πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. Locus pene huic gemellus occurrit in Orat. de fal. leg. p. 221. ἀλλὰ καὶ χειροτονεῖτε, καὶ τὰ ὑμέτερα αὐτῶν ΕΓΧΕΙΡΙΖΕΤΕ. In eâdem Orat. p. 204. δέον ὑμᾶς ἀκῦσαι περὶ τῶν πραγμάτων, εἶτα βουλεύσασθαι, μετὰ ταῦτα δὲ ΠΡΑΤΤΕΙΝ ὅ,τι δόξαι.]

Ib. l. 13. Χειροτονήσαντες] Cæteri omnes editi & impreſſi, ſicut etiam *Morellius* in var. lect. χειροτονήσατε. Mox in *Ald.* non legitur præpoſitio ἐν ante τοῖς ψηφ.

Ib. Schol. l. 3. Ἓξ δραχμὰς] Mendum ex inſcitiâ librarii ortum, qui, ς 6 denotare quum cognoſceret, ignorabat ς' cum lineâ tranſversâ, virgulâque ſubjectâ, ſex millia ſignificare. Illud γ' quod mox ſequitur, ab inverſo λ natum videtur. In Notis ad *Jul. Poll.* l. ix. Segm. 53. hæc citantur, ibique legimus ἑξακισχιλίους δραχμάς. τῶν δὲ δραχμῶν ὀβολοὺς τρισμυρίους. Atque in drachmis talenti Oboli 36000 ſunt, quarè rectiùs ſcribendum eſſet λ ς'. niſi quidem, ſumpto numero rotundo, quod ſupereſt, cum parvi momenti ſit, omittatur.

P. 27. l. 8. Ετησίας] Ventos ſcilicet, qui ad ortum Caniculæ ſingulis annis conſtanter flabant. Nonnulli perperàm contenderunt, iis Ægyptum Nili ſui incrementum debere: poſtea verò compertum eſt,

eſt, eam exundationem efficere imbres abundantes qui in ſuperiori Æthiopiâ illo tempore deſcendunt. Vox Eteſiæ ad Latinos tranſiit; eâque Cicero plus ſemel utitur; inter alios locos in Epiſt. l. xii. [Epiſt. 25.] ubi hæc habet: *Iratus temporibus, in Græciam, deſperatâ libertate, rapiebar: cùm me Eteſiæ, quaſi boni cives, relinquentem rempublicam proſequi noluerunt.* Quod reliquum eſt, per Eteſias Demoſthenes æſtatem intelligit, tempus ſcilicet quo iſti venti dominabantur, quôque Græci ob ingentem calorem ad æſtiva ſe recipiebant. Philippus ad res agendas aſperrimis uſus eſt tempeſtatibus; quæ, omnibus bene penſitatis, ſua etiam ſecum commoda apportant. *Aul. Gell.* l. ii. c. 22. *Ariſtot.* Meteor. l. ii. c. 5. & 6. *Tourrellus.* [De Eteſiis ac Nilo vide *Diod.* l. i. p. 35. 39. Vide etiam *Strab.* l. xvii. p. 789. Ed. *Caſaub. Ald. Manutium*, doctiſſ. *Salmaſ.* in Plin. Exercitat. p. 299. & ſeqq. *Hekelii* notas ad *Cluver.* p. 390. ubi Nili increſcentis deſcriptionem legere eſt elegantiſſimam, & *Wolfium* ſupra in Arg.]

Ib. l. 11. Μὴ βοηθείαις πολεμεῖν] βοήθεια, tumultuarius miles, ad propulſandos hoſtes ſubitò coactus. Συνεχὴς παρεσκευὴ καὶ δύναμις, conſtans & perpetuus exercitus, qui ſemper in procinctu ſtat, quovis in loco paratus ad vim & inferendam & repellendam. Γοήτείαις πολεμεῖν [quod *Obſopæus* in Caſtigat. perperàm laudat] etſi ſcomma non infacetum eſt, minus tamen placet. *Wolfius.*

Ib. l. 13. Ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει Λήμνῳ] Licet vobis uti Lemno, *&c.* hibernis exercitui, id eſt, ut exercitus ibi hibernet. Notetur triplex dativus (1) χρῆσθαι τόπῳ τινί. (2) χειμαδίῳ εἰς τὸ παραχειμάσαι. (3) τῇ δυνάμει ὅπως ἂν ἡ δύναμις παραχειμάσῃ ἐκεῖ. *Wolfius.*

Ib.

Ib. l. 14. Λήμνῳ, ϰ Θάσῳ, ϰ Σκιάθῳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς ἐν τέτῳ τῷ τόπῳ νήσοις] Lemnos, inſula maris Ægei, ut ſuprà diximus. Thaſus, inſula prope oſtium Strymonis fluvii, atque Athenienſibus ſubdita. Sciathus, alia in Ægeo mari inſula, quæ juxta *Strabonem* lib. ix. ad Theſſaliam, cujus in confinio ſita eſt, pertinebat. Καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς ἐν τέτῳ τόπῳ νήσοις, Peparethum, Imbrum *&c.* intelligit. *Tourrellus.*

Ib. l. 17. Α χρὴ στρατεύμασι] Scilicet ὑπάρχειν. *Voſſ.* στρατεύματι legit.

P. 28. l. 5. Ραδίως ἔσαι] Hunc locum corruptum videri ait *Wolfius*, & vatem potiùs, quàm interpretem, poſtulare : tribus verò modis nodum ſolvere conatur ; nimirum aut legendo εἴσεσθε, *facilè vos, Athenienſes, ſcietis* ; aut εἴσεται, ſc. ὁ στρατηγὸς (quod duriuſculum eſt, cum nondum στρατηγε mentionem fecerit) vel denique (quod optimum videtur) ſubaudiendo γνῶναι.

Ib. l. 7. Τέτων κύριος καταστὰς ὑφ' ὑμῶν] Sic Baſilienſis. Manutianus ὁ κύριος καταστὰς ὑμῶν : quod magis placet, cum ſignificet imperatorem Athenienſium Athenienſem eſſe oportere. Mox pro ἂν ταῦτα, lego ἂν ᾖ ταῦτα. *Wolfius.* [*Voſſ.* κἂν ταῦτα ὦν Αθ. deleto ἄνδρες quod in eo ſæpiſſimè abeſt. *Laud.* ἂν ᾖ ταῦτα habet.]

Sect. XII.

Ib. l. 16. Αὐτοὶ ταμίαι καὶ ποριςαὶ γιγνόμενοι] Imperatores militaris pecuniæ & conquirendæ & diſtribuendæ munus ſibi nacti ſunt. Demoſthens iis præcidendam cenſet omnem prævaricandi anſam in obeundo munere parùm illis convenienti, eoſque de nihilo reſpondere oportere, præterquam de rebus ſuis geſtis, quarum rationem reddere tenebantur, niſi

niſi titulus *αὐτοκράτορ@*, hoc eſt, *imperatoris plenâ poteſtate præditi*, immunes eos præſtaret. Ariſtides ad pugnam Platææ, Nicias, Alcibiades, & Lamachus bello Siculo, hoc titulo inſigniti erant, iſque impediebat quo minus in eorum actiones inquireretur. *Suid. Plutar.* [*Alcib.* p. 200.] *Tourrellus.*

Ibid. Ταμίαι] Quæſtores numero erant decem è Pentecoſiomedimnis lecti. Ii in templo Minervæ pecuniam & ſacram & publicam cuſtodiebant, nec non ipſum Minervæ ſimulachrum. E populi ſententiâ creabantur veteri Athenienſium lege. Vid. *Schol.* ad Cherſonet. p. 60. voc. ταμίας δημοσίες. *Suid. Harpocr.* & *Petit.* in Leg. Att. p. 253.

P. 29. l. 2. Τῶν ἐκείνε πόρων] *Voſſ.* ἐκείνε πόρον deleto τῶν: *Ben.* α. β. γ. τῶν ε. πόρον.

Ib. l. 8. Εἰς Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλὼν] Imbros inſula versùs Cherſoneſum Thraciam: Lemnos maris Ægei inſula: ambas tenuerunt Coloniæ Athenienſium. Exiguus maris trajectus utramque a Theſſaliâ ſeparabat: ibi autem ſummo Philippus imperio potitus eſt; itaque a ſitu ſuo talibus invaſionibus valdè erant obnoxiæ. *Tourrellus.*

Ib. l. 10. Ὤιχετ' ἄγων] *Pith.* ἔχων legit.

Ibid. Καὶ πρὸς τῷ Γεραίςῳ] Geraſtus, vicus & Promontorium Eubœæ, cui maris undæ magnâ vi ſe illidebant: unde Euripides Oreſt. [ver. 993.]

Λευκοκύμασι πρὸς Γεραςίαις,
Juxta albicantes fluctus Geraſtios.

Et *Callimachus* in Del. [ver. 188.]

—— Γεραίςιον ἄπλο φῦκ@.

In eo celebre erat Neptuni templum. Huc alludens Ariſtophanes in Equit. [ver. 558.] his verbis hunc Deum invocat;

Ὦ Γεραίςιε παῖ Κρόνε. *Tourrellus.*

[Obſervandum eſt variari vocis Γέραςος ſcripturam,

 uſitatiùs

uſitatiùs enim in medio diphthongus eſt, atque ita hoc in loco habent Codices nonnulli. Juxta Etymologum acui debet in ultimâ: hæc enim ille: Γέραστος μὲν Γεραστοῦ διαφέρει· Γέραστος μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ γέρας, ὁ ἔντιμος· Γεραστὸς δὲ ἀκρωτήριον, ἅμα καὶ ἐπίνειον. Portum habuit multarum navium capacem, quemadmodum ex Homero intelligimus Odyſſ. Γ. ver. 771. vid. *Steph. Byzan.* & *Strab.* l. x. p. 446.]

Ib. l. 12. Τὰ τελευταῖα δ' εἰς Μαραθῶνα ἀπέβη] Marathon vicus Atticæ, celebris ob victoriam quam Athenienſes, Miltiade duce, ibi in Perſas adepti ſunt Olymp. 72. Ann. 3. *Idem.*

Ib. l. 13. τὴν ἱερὰν] Duæ erant Triremes, quæ Sacræ dictæ ſunt, Salaminia & Paralus. Salaminia eadem fuit atque ea quæ Delia nominata eſt; quâ ſacrificia Delum quotannis pervehebantur. Paralus a Paralo antiquo heroe quodam nomen accepit, quique eam conſcenderunt Parali appellati ſunt. Ambas autem cùm ad bellum gerendum, tum ad prætores a bello, ſi opus eſſet, ad judicium retrahendos, & omninò ad publica munera celeriter obeunda adhibitas legimus *Sigon.* lib. iv. 5. *Harpocratio* hìc intelligi putat τὴν Παραλόν· *Wolfius* verò Deliam. His duæ aliæ poſteà additæ ſunt, Antigonus & Demetrias. *Suid.* v. Παραλός.

Ib. l. 14. Ἔχων τριήρη] *Voſſ.* φέρων.

Ib. l. 16. Προέλησθε βοηθεῖν] Cæteri omnes editi προέλοισθε, *Pith.* προσθῆτε, *Ben.* α. ε. η. προθῆσθε.

Sect. XIII.

Ib. l. 18. Τὴν μὲν τῶν Παναθηναίων.] *Montfaucon*, Tom. ii. Antiq. Illuſt. "*Panathenæa* magnum Mi-
"nervæ feſtum erant, quod Athenis celebrabatur
"*& magna ſacra* vocabatur. Primus inſtitutor fuit
"Erichthonius Vulcani filius; alii dicunt Orpheum
"auctorem. Poſtea Theſeus coactis tribubus om-
"nibus

" nibus ut civitatem unam conſtitueret, hæc feſta " reſtituit & auxit. Præter magna Panathenæa, " minora etiam erant: magna quôque quinto anno " agebantur; minora, ſecundum quoſdam, quotan- " nis; ſecundum alios, tertio quôque anno. In hiſ- " ce minoribus tres ludi publici exercebantur; in " primo facium & funalium curſus agebatur primò " a peditibus, deinde ab equitibus; in ſecundo " athletarum certamen, qui de viribus concerta- " bant; in tertio muſices certamen exhibebatur. " Poetæ quoque exercitiis quatuor de palmâ con- " certabant. Victorum præmium vas erat olei " plenum, quo ad libitum victor uti poterat, dum " ne illud domum referret. Ibi quoque ſaltatio- " nes viſebantur: ſacrificium ſumtuoſum erat, " quiſque pagus bovem ſuppeditare tenebatur, ex " carnibus verò quæ ſupererant convivium pub- " licum celebrabatur. Majori pompâ magna Pa- " nathenæa perficiebantur. Peplum Minervæ pro- " cedendo ferebatur, veſtis erat alba non manicata, " auro contexta, in quâ repræſentabantur pugnæ " geſtaque Minervæ, Jovis, & Heroum. Pompæ " huic intererant omnes ſenes juveneſque utriuſque " ſexûs." Vid. *Meurſ.* in ſingulari libro de hoc feſto. *Suid. Harpoc.* Argum. ad *Mid.* Demoſthenis, & *Duport.* Prælect. ad Theophraſt. cap. 3. Omnino autem libet huc tranſcribere *Plutarchi* locum, qui in Theſeo p. 10. Ed. *Lutet.* hæc habet: Μετὰ δὲ τὴν Αἰγέως τελευτὴν, μέγα καὶ θαυμαστὸν ἔργον εἰς νοῦν βαλλόμενος, συνῴκισε τοὺς τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦντας εἰς ἓν ἄστυ, καὶ μιᾶς πόλεως ἕνα δῆμον ἀπέφηνε, τέως σποράδας ὄντας καὶ δυσανακλήτους πρὸς τὸ κοινὸν πάντων συμφέρον· ἔστι δ' ὅτε καὶ διαφερομένους ἀλλήλοις καὶ πολεμοῦντας ἐπιὼν ἀνέπειθε κατὰ δήμους καὶ γένη. τῶν μὲν ἰδιωτῶν καὶ πενήτων ἐνδεχομένων ταχὺ τὴν πρόσκλησιν αὐτοῦ· τοῖς δὲ δυνατοῖς ἀβασίλευτον πολιτείαν προτείνων καὶ δημοκρατίαν, αὐτῷ μόνον ἄρχοντι πολέμου καὶ νόμων

φύλακι χρησομένῳ, τῇ δ' ἄλλων παρέξουσαν ἅπασιν ἰσομοιρίαν· τοὺς μὲν ταῦτα ἔπειθεν· οἱ δὲ τὴν δύναμιν αὐτοῦ δεδιότες, μεγάλην οὖσαν ἤδη, καὶ τὴν τόλμαν, ἐβούλοντο πειθόμενοι μᾶλλον ἢ βιαζόμενοι ταῦτα συγχωρεῖν· καταλύσας οὖν τὰ παρ' ἑκάστοις πρυτανεῖα καὶ βουλευτήρια καὶ ἀρχὰς, ἓν δὲ ποιήσας ἅπασι κοινὸν ἐνταῦθα πρυτανεῖον καὶ βουλευτήριον, ὅπου νῦν ἵδρυται, τὸ ἄστυ τήν τε πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε, καὶ Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν· ἔθυσε δὲ καὶ μετοίκοια (lege μετοίκια) τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ἣν ἔτι νῦν θύουσι. Cruſerio interprete: *Ab Ægei exceſſu grande & mirificum opus agitans animo, contribuit Atticæ cultores in unam urbem, uniuſque urbis unum reddidit populum, qui tunc erant divulſi & ægrè ad agendum in communi de republicâ conciri poterant: nonnunquam enim diſſidebant mutuò belloque certabant. Hos adiit, propoſuitque eam rem ſingulis populis & familiis. Cujus conſilium privati & inopes citò acceperunt. Opulentis & potentibus quum remp. regno fore liberam proponeret, in quâ omnis penes populum eſſet futura poteſtas, ipſe verò moderator tantùm belli, & legum foret cuſtos, cætera paria omnibus, partim eos perpulit: alii opes ejus veriti jam amplas atque audaciam, malebant ſponte his quàm vi compulſi aſſentiri. Igitur diſſolvit vicatim prytanea & curias & magiſtratus, unoque ſtatuto omnibus communi illic prytaneo & curiâ, ubi hoc tempore conſpiciuntur, Aſtu & urbem Athenas appellavit, & Panathenæa ſacrificium effecit commune. Celebravit etiam Metœcia,* id eſt, feſtum demigrationis, *ſexto decimo die menſis Hecatombæonis, quem etiam nunc feſtum agunt.*

Ib. l. ult. Τῶν Διονυσίων] Gemina item Dionyſia fuerunt, feſta ſcilicet quæ in honorem Bacchi celebrabantur; majora ac minora. Quandocunque autem Διονύσια abſolutè legimus apud Atticos ſcriptores, Dionyſia majora, quæ & Dionyſia verna

 intelli-

intelligere debemus. Altera autumnalia, extra urbem in agris habebantur, unde dicta erant Διονύσια τὰ κατὰ ἀγρὺς, & Dionyſia minora; erant enim tantùm παρασκευὴ quædam ſeu præparatio ad Bacchanalia verna, quæ majora & antiquiora. *Duport.* ad Theophraſt. Vide autem *Meurſ.* in libro ſingulari de hoc feſto.

P. 30. l. 1. Δεινοὶ] Vox hæc latiſſimæ ſignificationis eſt; inſignes emphaſes & elegantias facit in Linguâ Græcâ. Cum de perſonis dicitur eſt μέση λέξις, & modò in bonum, modò in malum ſumitur, ut & *gravis* Latinè. Vide *Duport.* in Theophraſt. cap. 1.

Ibid. Αν τε δεινοὶ λάχωσιν ἄν τε ἰδιῶται] Οἱ μὲν δεινοὶ ἐνταῦθα οἱ ἔμπειροι τῆς διαθέσεως τῶν ἑορτῶν, οἱ δὲ ἰδιῶται, οἱ ἄπειροι τῶν τοιούτων. Exemplo ſit in oratione κατὰ Νεαίρας, *Stephanus* δεινὸς *Theogenes* rex ſacrificulus, ἰδιώτης: qui (ut alibi ſcripſi) opponitur τῷ τε πολιτευομένῳ, καὶ τῷ πεπαιδευμένῳ, καὶ τῷ τεχνίτῃ ἢ δεινῷ καὶ ἐμπείρως ἔχοντι ἢ εὐμοιρίαν φύσεως ἠντυχηκότι. *Wolfius.*

Ib. l. 2. Λάχωσιν] Obſervat *Olivetus* ex hâc voce apparere, ſorte electos fuiſſe quibus horum feſtorum cura commiſſa eſt.

Ib. l. 3. Επιμελησόμενοι] *Pith. Voſſ.* & *Ben.* α. ε. ἐπιμελούμενοι. Mox pro ἀναλίσκετε, *Voſſ.* ἀναλίσκεται.

Ib. l. 6. Ὅσην οὐκ οἶδ' εἴ τις τῶν ἀπάντων] *Wolfius* hæc ita tranſtulit *an ullus omnium habet:* nos *ulla* vertimus, ut ad ἀπόστολος referatur. Cum *Wolfio* ſentire video *Tourrellum* atque *Olivetum*, juxta quos ſenſus loci eſt, Athenienſes de feſtis ſuis præparandis magis ſollicitos fuiſſe, inque eâ majores ſumptus feciſſe quàm cæteri Græci: quod utique veriſſimum eſt, ſed minus quàm quòd anteà dictum fuit, ideoque id velle Demoſthenem vix putem; præthereà hæ voces de cæteris Græcis parùm commodè

modè intelligi poſſe videntur, niſi additum fuiſſet vox Ἑλλήνων. *Nic. Carrus* hunc locum ita vertit: *quantum haud ſcio an ulla unquam claſſis veſtra habuerit:* ſed illud *veſtra* rectiùs, ut opinor, omittatur. Cæterum, ut ſciamus quanto ſumptu hæc apud Athenienſes feſta celebrabantur, quantoque illi ſtudio iſtiuſmodi cæremonias ſectabantur, *Tourrellus* ad Platonem nos remittit in Alcib. ii. [p. 148.] & Athen. l. 14.

Ib. l. 8. & 9. Τὸν εἰς Μεθώνην, τὸν εἰς Παγασὰς, τὸν εἰς Ποτίδαιαν] De Methonâ ac Potidæâ vide ſuprà p. 223. Pagaſæ maritima Theſſaliæ urbs fuit, navale autem Pheræorum. Ibi *Argo* navis extructa fertur, unde & *Pagaſæa* appellatur. Ab eâ illic compactâ Pagaſas nomen habere fabulantur: alii probabiliùs nomen loco ἀπὸ παγῶν, Dor. id eſt, *fontibus*, factum ſentiunt, qui frequentes ibi largique fluunt. Vide *Strab.* l. ix. p. 436. Ed. *Caſaub.*

Ib. l. 11. Προεῖδεν] *Ben.* α. β. γ. ε. προοῖδεν, quod rectius videtur.

Ib. l. 12. Χορηγὸς ἢ Γυμνασίαρχος] Choragi Dionyſiis & Panathenæis choros curabant & ducebant: victum etiam iis, nec victum ſolùm, ſed & coronas aureas, veſteſque chori ipſius, ornamenta, atque inſignia ſuppeditabant. Inque eâ re tantum ſtudii, tantumque induſtriæ poſuerunt, ut magiſtros, & tibicines præſtantiores coram Archonte ſortiti ſint, ludumque habuerint, in quo per magiſtrum quem χοροδιδάσκαλον appellabant, chorum ipſum erudiendum, & exercendum curârint. Etenim inter ipſos illuſtre de laude victoriâque certamen intercedebat, ita ut in Dionyſiis qui hymnis canendis alterum ſuperâſſet, is tripodem præmium ferret, eumque cum magnâ cæremoniâ dedicaret. Gymnaſiarchi ii dicti ſunt, qui oleum iis, qui ſe palæſtrâ exercere vellent, miniſtrârunt.

niſtrârunt. Hæc officia inter primos honores erant, qui in civitate caperentur. *Sigon.* lib. iv. 4.

Ib. l. 13. Παρὰ τȣ῀] Παρά τȣ pro παρά τινος rectiùs ſcribendum cenſet *Wolfius* ; & ſic quidem in Demoſth. alibi ſcriptum reperies.

Ib. l. 16. Τῆς τȣ́τȣ παρασκευῆς] *Pith. Voſſ.* & *Ben.* α. ε. θ. τῇ τ. παρασκευῇ.

Ib. l. ult. Αόριϛα, ἀδιόρθωτα] *Voſſ.* ϗ ἀδιόρθωτα.

Ib. Schol. l. 5. — μον παρασκευῆς] Τὸ ϗ a *Suidâ* etiam prætermittitur, qui hæc deſcripſit ; ad eum *Kuſt.* " Rectiùs legeris, μετὰ ϛρατιᾶς καὶ παρασκευῆς εἰς " πόλεμον." Mox παραπεμπόμενοι ex Suidâ emendavi, qui viciſſim hoc ex loco corrigendus eſt. Etenim in eo ita hæc leguntur: Αποϛολὰς· (potius lege Αποϛολαὶ·) ἀποπέμψεις, δῶρα. Καὶ ἀποϛελλόμενος μετὰ ϛρατιᾶς εἰς πόλεμον παρασκευῆς. Τῶν δὲ πλοίων τὰ μὲν συντριβόμενα ταῖς ἀποϛολαῖς· τελέσι, ταῖς ἀποπέμψεσι. Primò igitur hæc τὸ δ. π. &c. τῷ δῶρα ſubjungenda ſunt: deinde pro ϗ ἀποϛελλόμενος legendum eſt ϗ ἀποϛόλος, ὁ ἀποϛελλόμενος, &c.

P. 31. l. 1. Τριηράρχȣς] *Triremium Præfecti*: armamenta triremibus & victum remigibus ex ſuis ſumptibus dabant: propter tamen ſumptûs magnitudinem, ea interdum à civitate acceperunt: aliquando duo ſimul triremem inſtruxerunt, aliquando tres, aliquando decem, aliquando plures. Ut autem Prætores in re maritimâ trierarchis omnibus, ſic ſinguli trierarchi ſingulis triremibus, ac ejus triremis remigibus imperârunt. *Sigon.* lib. iv. 4. & 5. Vide *Suid.* & *Petit.* in Leg. Att. l. iii.

Ib. l. 2. Αντιδόσεις] Solon quidem ab initio propterea cenſus civium conſtituerat, & ex iis claſſes quatuor deſcripſerat, Quinquemodialium, Equitum, Zeugitarum, & Theticorum, ut omnes pro ratione fortunarum ſuarum operam, ſtudiumque

ſuum reip. commodarent, ac ne quis excuſatione tenuitatis publicorum munerum onus defugeret, ἀντίδοσιν excogitârat, quæ fuit muneris & fortunarum cum altero permutatio. Poſteà placuit, ut, totâ ratione mutatâ, mille ac ducenti ex univerſis claſſibus legerentur, qui cum cæteros divitiis antecederent, ſoli etiam publicorum munerum onera ſuſtinerent. *Sigon.* ibid. Quamvis autem immutatum fuerit inſtitutum, nihilo tamen minus obtinuerunt ſemper *Solonis* περὶ τῆς ἀντιδόσεων Leges accommodatæ tantùm ad diſtributionem civium poſt Solonem uſu receptam. Itaque ſi quis e trecentis qui ſepoſiti erant ad obeundas Trierarchias ſumptus tolerare non poſſet, Lege licebat eâ claſſe excedere, ſi quem ſe locupletiorem vacantem oſtendiſſet. Quod ſi is qui deſignabatur, ſe ditiorem eſſe fateretur, in trecentos alterius loco referabatur: ſi negaret, permutabant inter ſe facultates. *Petit.* in Leg. Att. l. iii. Confer *Argument.* ad Demoſth. & Iſocr. orat. περὶ ἀντιδόσεως. Non omittendum eſt quod hìc optimè obſervant *Tourrellus* atque *Olivetus*; nempe ex hac Solonis lege, licèt in ſe bonâ ac ſapienti, magna reip. incommoda evenire poſſe, quippe quòd, cum aliquid agendum eſſet, rem malè procraſtinarent hæ apud Imperatores diſcutiendæ περὶ ἀντιδόσεως Actiones.

Ib. l. 4. Εμβαίνειν τοὺς μετοίκους] Μέτοικος eſt qui ex alia civitate ad aliam emigrat, nec ut peregrinus ad breve tempus adventat, ſed illic domicilium habet. Pendebat verò quotannis XII drachmas, quod μετοίκιον dicebatur. Qui id tributum non ſolverant, abducebantur ad τοὺς πωλητάς, convictique vœnibant. *Harpoc.* Horum Μετοίκων alii μετοίκιον non pendebant, quippe quum eodem cum civibus uterentur jure, & Ἰσοτελεῖς dicebantur. Omnia & privata & publica adminiſtrabant per *Patronum*, quem de

civibus

civibus Athenienſibus eligere lege jubebantur. *Petit.* in Leg. Att. l. ii. Vox ἐμβαίνειν ſæpiùs abſolutè poſitum invenitur: ſic infra p. 35. Οὐκ ἐμβησόμεθα, ut ex MStis emendavimus.

Ib. l. 5. Τὰς χωρὶς οἰκᾶντας] *Wolfius* vertit: *libertinos qui ſuam ipſi rem familiarem adminiſtrant*: ſc. ſub τῶν δεσποτῶν. Auctore *Harpocratione*; ad quem *Valeſius*: " An potiùs ſunt ruſtici, qui rure habi-" tant, χωρῖται, *Heſychio*, *Dionyſio* lib. i. p. 68. " (cui ſententiæ accedit *Tourrellus*) an potius ξένοι, " qui οἰκᾶντες Ἀθήνησιν, de quibus Demoſthenes contra " Leptinem, qui ſcripſerat legem μηδένα ξένον εἶναι " ἀτελῆ, μὴ διορίζων τῶν οἰκούντων Ἀθήνησι, quod repre-" hendit eo loco. Cl. *Ezech. Spanhemius* in Notis " ad Ariſtoph. Nub. ver. 225. hæc interpretatur " *qui extra Atticam habitant.*

Ib. l. 6. Αὐτὰς] Sc. Ἀθηναίους καὶ πολίτας ἀντὶ τῶν μετοίκων καὶ ἀπελευθέρων. *Wolfius.*

Ib. l. 8. Τὸν γὰρ] *Pith.* τὴν μὲν γάρ. Mox *Pith. Voſſ.* & *Ben.* α. ε. οὐκ ἀναμνήσουσι. deinde pro ῥαθυμίαν *Pith. Ben.* & β. γ. η. θ. εἰρωνείαν.

Sect. XIV.

P. 32. l. 1. Επιστολὴ] Επιστολαὶ emendavi ex MSto *Laud.* ob præcedens plurale τὰς ἐπιστολάς· atque ita centies in Demoſthene antecedenti numero reſpondet frequens ἐπιγραφή.

Ib. l. 15. & ſeqq. Οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτὰς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων] *Livius* lib. ix. cap. 18. *At, Hercule, reges, non liberi ſolùm impedimentis omnibus, ſed domini rerum temporumque,* trahunt conſiliis cuncta, non ſequuntur.

Ib. l. 18. Αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ] *Wolfius* ὅνπερ mavult: & ſic quidem alibi Demoſthenes, ſed longè frequentiùs apud eum hæc formula occurrit: ſic

ſupra

ſupra p. 21. *ὥσπερ τ. πεζ. τὸν αὐτὸν τρόπον στρατευομένους*, & in ſexcentis aliis locis.

P. 33. l. 5. Τριήρεις] Athenienſes valde erant mari potentes. Facilè trecentas naves adornabant, eaſque tam benè inſtructas, ut cum duplo navium numero par iis certamen eſſet. *Thucyd.* l. ii. *Cic.* ver. 5. *Iſoc.* in Panegyr. [*Demoſt.* περὶ Συμμοριῶν, p. 108.] Literis atque navigationi ex æquo factum eſt hujus populi ingenium: paremque inter eos Parentes, lege id jubente, curam impendebant pueris in utroque horum inſtituendis: unde natum eſt proverbium Μήτε νεῖν μήτε γράμματα ἐπίστασθαι, *neque natare neque literas ſcire:* quo craſſam hominis ignorantiam ſignificabant. *Suid.* [Vide *Meurſ.* de Fort. Athen. c. 8. & *Petit* in Leg. Att. p. 162.] *Tourrellus.*

Ibid. Ὁπλίτας, ἱππέας] Athenienſes plerumque exercitum aluerunt novem & viginti mille peditum, equitum verò ducentorum. *Thucyd.* l. ii. *Diod.* l. xii. *Idem.* [Pro *ducentorum* debuit dicere, *bis mille cum octingentis*, ut patet ex ipſo *Thucydide*, libro citato p. 109. Ed. *Francofur.* ἱππέας δ' ἀπέφαινε διακοσίους καὶ χιλίους, ξὺν ἱπποτοξόταις, ἑξακοσίους δὲ καὶ χιλίους τοξότας. *Equites verò demonſtravit mille & ducentos cum equeſtribus ſagittariis; ſexaginta etiam & mille ſagittarios.* Vid. *Meurſ.* Att. Lect. lib. i. cap. i.]

Ib. l. 6. Χρημάτων πρόσοδον] Athenienſium annui reditus fuere talenta 1200, & quod excurreret. *Æſchines* Orat. περὶ παραπρεσβ. Φόρος δ' ἡμῖν κατ' ἐνιαυτὸν προσήει πλέον ἢ χίλια καὶ διακόσια τάλαντα, *Tributum verò nobis annuum accedit pluſquam mille & ducenta talenta.* Atticæ autem totius cenſus erat talentorum 6000: ut indicat *Demoſthenes* περὶ Συμμοριῶν. Vid. *Meurſ.* loco modò citato.

Ib. l. 8. Οὐδενὸς δὲ ἀπολείπεσθε.] Affectamini omnes,

nes, id eſt, in tergo hæretis hoſti, ſequimini, quò vos adverſarii ducunt. *Wolfius.*

Ib. & ſeqq. Ὥσπερ ᾗ οἱ βάρβαροι πυκτεύουσιν, οὕτω πολεμεῖτε Φιλίππῳ] Panætius in Aulo Gellio, ratione contrariorum, virum prudentem bono Athletæ comparat, qui ſe nunquam nudat, hoſtiſque vultum ſemper obſervat. *Tourrellus.* [Locus eſt lib. xiii. cap. 27. quem, quum valdè elegans ſit, & ad hæc illuſtranda non parum faciat, huc tranſcribere haud piget. Verba ſic habent : *Vita hominum, qui ætatem in medio rerum agunt, ac ſibi ſuiſque eſſe uſui volunt, negotia periculaque ex improviſo aſſidua & prope quotidiana fert. Ad ea cavenda atque declinanda proinde eſſe oportet animo ſemper prompto atque intento, ut ſunt Athletarum, qui Pancratiæ vocantur. Nam ſicuti illi, ad certandum vocati, projectis altè brachiis conſiſtunt, caputque & os ſuum manibus oppoſitis, quaſi vallo, præmuniunt ; membraque eorum omnia, priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad faciendos parata : ita animus atque mens viri prudentis, adverſus vim & petulantias injuriarum, omni in loco atque in tempore proſpiciens, debet eſſe arrecta, ardua, ſepta ſolidè, expedita, nunquam connivens, nuſquam aciem ſuam flectens, conſilia cogitationeſque contra fortunæ verbera, contraque inſidias iniquorum, quaſi brachia & manus protendens ; ne quâ in re adverſa & repentina incurſio imparatis improtectiſque nobis oboriatur.*]

Ib. l. 17. Συμπραθεῖτε] *Jenſius* Lect. Lucian. lib. l. iii. cap. 13. Συμπεριθεῖτε legendum ſuſpicatur : ut in Luciano de Mercede Cond. Συμπεριθεὶς ἄνω καὶ κάτω. Supra quidem, inquit, apud Lucianum τὸ Συμπαραθεῖς habuimus ; at illud notat (nec aliter ibi ſumitur) *pone ſequi, comitari :* apud Demoſthenem verò, quemadmodum & in adducto ex Luciano de

Merc.

Merc. Cond. loco, requiritur ſenſus τȣ̃ *una circumferri, circumagi, circumcurrere.* Verum, cum recepta lectio benè habeat, nihil temerè mutandum eſt.

Ib. l. 19. Βεβȣ́λευϑε] *Ben.* ἢ βȣλεύεσϑε. Mox pro αὐτοῖς *Voſſ.* & *Ben.* ε. ϑ. αὐτοί.

Ib. l. 20. Οὐδὲ περὶ τῶν χρημάτων] Cum pecuniæ ſint nervi bellorum, non incommoda eſt hæc lectio. Malo tamen cum Obſopœo, πραγμάτων, quod omnia complectitur. Et quid ſi legas πρὸ τῶν πραγμάτων. *Wolfius.* [Utrique lectioni ſui ſuffragantur MSti; ſed τὸ πραγμάτων præferendum duxi. Non enim eos Demoſthenes uſquam reprehendit quòd de pecuniâ conquirendâ minus ſint ſolliciti, ſed quòd nullam omnino rerum gerendarum curam maturè ſatis ſuſcipiant: hoc eſt ἐκ ἔμπροσϑεν ὦσιν τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ τὰ ζυμβαίνοντα διώκωσιν. Sic in Orat. de Pace, & ſimiliter in Philipp. 4. ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βȣλεύεσθαι· ὑμεῖς ᾗ μετὰ τὰ πράγματα. (Quod ſanè pro *Wolfii* conjecturâ facere videtur, legendum πρὸ non περὶ: ſed tum ταυτόλογα erunt quæ ſequuntur: πρὶν ἂν ἢ γεγενημένον &c.) Objici quidem poteſt vocem χρημάτων idem ſignificare poſſe atque τὸ πραγμάτων, ſed hoc non liquet. Eo quidem ſenſu ſingulare χρῆμα ſæpe ſæpiùs uſurpatur; plurale χρήματα, ut opinor, non item.]

Sect. XV.

P. 34. l. 11. Αν μοι δοκῇ] *Voſſ.* τὸ ἂν inter ἀποχρῆν & ἐνίοις inſerit, *Wolfius* δοκεῖ legit.

Ib. l. 18. Μητ' ἐνθυμεῖται μήτε λογίζεται] Centies quidem hæc verba conjuncta leguntur in Demoſthene: quare minùs lubenter immutarem, niſi ſequens vox ὁρῶν id neceſſariò poſtulare videretur. Ecquis enim ſenſus eſt: *Miror neminem veſtrûm*

cogitare

cogitare vel conſiderare bellum de ulciſcendo Philippo initium cepiſſe &c. *cum videat bellum* &c. Jam verò repoſito ὀργίζεται, quod præter *Obſopœum* etiam *Ben.* α. β. ε. agnoſcunt, & ſenſus longè melior eruetur, & conſtructio optimè conſtabit. *Miror neminem veſtrum vel animadvertere*—& quæ ſequuntur, *neque indignari, cum rem ita ſe habere videat.*

P. 35. l. 1. Παθεῖν αὐτὸς] Τὸ αὐτὸς abeſt a *Voſſ.*

Ib. l. 7. Οὐκ ἐκβησόμεθα] Ita omnes editi, ſed nullo, ut videtur, ſenſu. Ecquis enim credat Demoſthenem tam ineptâ ταυτολογίᾳ dixiſſe οὐκ ἐκβησόμεθα; οὐκ ἔξιμεν; Nullâ igitur dubitatione ἐμβησόμεθα repoſui; quam lectionem exhibent *Laud. Pith.* & *Ben.* α. ε. Sæpius abſolutè ponitur hoc verbum: ſupra p. 31. ἐμβαίνειν τοὺς μετοίκους: in Orat. contra Mid. p. 375. ὑμεῖς δ' οὐκ ἐμβήσεσθε: & ſic etiam apud Latinos aliquando *conſcendere.* Livius: *Conſcendunt alacres copiæ*; ſub navem. Cæſar: *Erat completis littoribus contentio, qui potiſſimum ex magno numero conſcenderent.* Cic. Attico, lib. ix. 187, 4. *Idibus Martiis Pompeium a Brundiſio conſcendiſſe.* In *Voſſ.* legitur οὐκ ἐκβησόμεθα: οὐκ ἔτι μὴν: quod profectò vulgatâ melius eſt, ſed, cum aliquid mutandum ſit, magis placet ἐμβησόμεθα.

Ib. l. 10. Οὐκ ἐπὶ τὴν ἐκείνου πλευσούμεθα] Sub χώραν. Cæteræ Editt. πλευσόμεθα, minus Atticè. Vid. *Longin.* in notis ſupra ad pag. 14.

Ib. l. 11. Ἐρεῖ τίς] Doctiſſ. *Zach. Pearce* in Emendat. ad *Longin.* "Hæc verba aut ex Gloſſemate nata ſunt, utpote ex margine, ubi ad voces ποῖ δὴ προσορμιούμεθα explicandas poſita erant, in textum recepta; aut ea lectio, quæ inter varias Demoſthenis lectiones a *Morellio* collectas extat, admittenda eſt, ſc. ἐροῖτό τις." Ego quidem mutare nolui, quippe quòd haſce voces omnino delendas eſſe cenſeam.

Ibid.

Ibid. Εὑρήσει τὰ σαθρὰ] *Tollius* ad *Longin.* Ibid. " *Tacitus* ad hunc Demoſthenis locum videtur re- " ſpexiſſe, cum dicit in l. ii. Hiſt. *Aperiet & recludet contecta & tumeſcentia victricium partium vulnera bellum ipſum.*

Ib. l. 14. & ſeqq. Καθώμεθα οἴκοι λοιδορȣμένων ἀκȣ́οντες καὶ αἰτιωμένων ἀλλήλȣς τῶν λεγόντων] Hujuſce moris teſtimonium perhibent Iſocrates in Panath. & Ariſtoteles Rhet. l. iii. c. 17. eorundem ambo temporum cum Demoſthene. Ariſtoteles etiam addit, Iſocrati magis quàm cuivis alteri ſolenne fuiſſet contra alios invehi, idque non ſolùm in ſuggeſto, a quo eum vocis ſuæ infirmitas magnaque ejus timiditas ſummoverant, verùm etiam in iis, quas nunquam pronuntiavit, Orationibus. *Tourrellus.*

Ib. l. 16. Οὐδὲν ἡμῖν ȣ̓ μὴ] In *Voſſ.* ȣ̓δὲν ὑμῖν μὴ, deleto τῷ ȣ̓ quod etiam a *Pith.* abeſt.

P. 36. l. 5. Καταγελῶσι τȣ̀ς ἀποςόλȣς] Hæc conjungo; etſi fortè legendum, τῶν τοιȣ́των ἀποςόλων· & poſtea οἱ ζύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει. Durum enim fuerit, τεθνᾶσι τȣ̀ς τοιȣ́τȣς ἀποςόλȣς, ἀντὶ τȣ̃ διὰ τȣ̀ς ἢ ἕνεκα τῶν τοιȣ́των ἀποςόλων, ȣ̓δαμῶς θαῤῥȣ̃ντες τȣ́τοις. *Wolfius.* [In *Voſſ.* legitur præpoſitio διὰ, inter varias autem Demoſthenis lectiones a *Morellio* collectas habemus τȣ̀ς τ. ἀποςόλȣς ὁρῶντες, quæ profectò germana lectio videtur.]

Ib. l. 7. Οὐ γάρ ἐςιν, ȣ̓κ ἔςιν ἕνα ἄνδρα—] Apud Græcos proverbium erat vetus in hanc ſententiam, εἷς ἀνὴρ ȣ̓δεὶς ἀνὴρ· *unus homo nullus homo* eſt. Eodem ſenſu Euripides in Heracl. [ver. 275.] ait, μιᾶς χειρὸς ἀσθενὴς μάχη, *unius manus infirma eſt pugna.* Tourrellus.

Ib. l. 9. Ὑποσχέσθαι μέλλει καὶ φῆσαι—] Veriſimile eſt hoc ad Charetem pertinere, ducem Athenienſium qui adeo promptè maxima pollicebatur, ut inde proverbium oriretur Χάρητος ὑποσχέσεις, *Charetis*

pollicitationes, quo promiſſum aliquod frivolum omnino eſſe ſignificarent. In Equitibus Ariſtophanis Act. v. legimus ſermones quos ad populum habere ſoliti ſunt iſtiuſmodi imperatores, quò eos ſpe adulatoria ſuſtentarent. *Idem.*

Ib. l. 12. Ὅταν γὰρ ἡττῆται] Sic editi omnes; ſed peſſimè, ut videtur. Etenim ſi hæc lectio retineatur, quorſum pertinent quæ ſequuntur, τί χρὴ προσδοκᾷν; Siquidem id quod iis eſſet timendum, non jam erat exſpectandum, poſtquam victus fuiſſet Imperator cum exercitu. Multo minus iſti lectioni congruunt quæ poſtea de Imperatoribus dicuntur: πρὸς τοὺς ἐχθροὺς οὐδεὶς οὐδὲ ἅπαξ αὐτῶν ἀγωνίσασθαι περὶ θανάτου τολμᾷ. Quomodo enim vinci poterat imperator, qui cum hoſte ne quidem pugnare auſus eſt? Omnino igitur in textum reponendum duxi ἡγῆται. quod exhibent *Pith. Laud.* & *Ben.* α. γ. ε. η. θ. atque hanc germanam eſſe lectionem ſatis, ut opinor, liquet ex ipſo hujuſce loci ſcopo. Hìc enim id Athenienſibus inculcat orator, quod & alibi paſſim, nempe quàm neceſſe ſit ut ipſi per ſe militent, neque omnia peregrinis copiis committant. Quid enim expectandum eſt, inquit, cum nullos alios Imperator milites habeat, quàm miſeros peregrinos, eoſque mercede etiam fraudatos? Supra p. 23. dixerat quid exinde ſperare poterant, cum dicit ἐξ οὗ δ᾽ αὐτὰ καθ᾽ αὑτὰ τὰ ξενικὰ ὑμῖν στρατεύεται, τοὺς φίλους νικᾷ καὶ τοὺς ξυμμάχους, οἱ δ᾽ ἐχθροὶ μείζους τοῦ δέοντος γεγόνασι, &c. Similis locus eſt in Orat. de Rep. Ordin. p. 97. quem vide. *Voſſ.* ἡγεῖται legit, quod, cum longiùs a receptâ lectione diſtet, emendationem confirmat.

Ib. l. 13. Ἀπομίσθων] *Harpocratio* (niſi locus mendoſus ſit) & ad eum *Mauſacus* vocem ἀπομίσθων hoc in loco ſignificare docent *qui voluntariò mercedem non recipiunt*: ita ut idem ſonet ac ἀμίσθων,

Tourrellus

Tourrellus alteram hujuſce vocis ſignificationem amplectitur, quâ notat eos qui ſine mercede dimittuntur, cum tamen mercenarii ſint; ita enim hunc locum vertit: *miſerables étrangers, qui ne touchent point leur paye.* In eâdem ſententiâ *Wolſius*, cui quidem facilè accedo. Vide ſupra pag. 23. & Scholion ad voc. μή μοι μυρίας, p. 19.

Ib. l. 15. Ἐνθάδε] Scilicet in ſuggeſto. Cæteri impreſſi ἐνθένδε habent: minus rectè. Vid. *Schol.* ad ἀθλέων ἀπ. ξένων.

Ib. l. 17. Ψηφίσησθε] Ed. *Francofur.* ψηφίζησθε, *Ald.* ψηφίζεσθε.

Ibid. Τί καὶ χρὴ] A nonnullis τὸ καὶ abeſt; neque id agnoſcit *Henricus Stephanus*, qui hunc locum citat in voc. Ἀπόμισθος.

P. 37. l. 4. Ὥστε μὴ] *Wolſius* οὐ γὰρ μὴ — ὁρᾶν δεῖ. *Voſſ.* οὐ γὰρ deleto τῷ μὴ, quam lectionem *Aldus* in nonnullis reperit. Eundem ſenſum in verſionibus ſuis exprimunt *Nic. Carrus*, & duo Gallici interpretes; iſque ſanè aliquanto melior videtur.

Ib. l. 8. Στρατηγῶν ἕκαστος δὶς καὶ τρὶς κρίνεται &c.] Idem Comicus, [ſc. *Ariſtophanes*] ſive potiùs fidelis rerum Athenienſium hiſtoricus, *Acharn.* Act. iv. Sc. vii. & in *Avib.* juxta finem, docet nos magno contemptui fuiſſe eo tempore, hoc eſt, paucos ante Demoſthenem annos, Athenienſium imperatores. In Proverbium jampridem ceſſerat eorum ignavia, proque maximâ contumeliâ dicebant: *Ecce Homo timidior Piſandro.* Tourrellus. [vid. *Suid.* voc. Εἴ τι Πεισάνδρου]

Sect. XVI.

Ib. l. 17. & ſeqq. Μετὰ Λακεδαιμονίων φασὶ Φίλιππον π. τ. Θηβαίων κατάλυσιν] Thebæ, princeps Bœotiæ urbs, atque una ex maximis Græciæ Rebuſpublicis

publicis, inter quas proximè parem Athenis ac Lacedæmoni locum obtinuit. Lacedæmonii poſt pugnam Leuctricam contra Thebanos vindictam anhelabant, eaque res otioſorum iſtiuſmodi hominum ſomniis atque conjecturis materiam ſatis amplam præbuit. *Idem.* [Vide ſimilem locum in 2 Philippicâ p. 45. & Iſocratis Philipp. p. 232. Ed. *Battie.*]

Ib. Schol. l. 5. Οἱ δι' ἀδικίαν] In *Henr. Steph.* voc. ἀπόμισθος, qui hunc locum citat, ita hæc leguntur, οἱ διὰ δειλίαν καὶ κακίαν.

P. 38. l. 1. Τὰς πολιτείας διασπᾶν] Η ὀλιγαρχίας ἢ τυραννίδας ἐγκαθιστάντα ταῖς πόλεσι. Nam fuit hæc Græcorum ratio: Reges, urbes gubernari a ſingulis: Oligarchici, ut Lacedæmonii, a paucis: Democratici, ut Athenienſes, a multis, hoc eſt, a plebe, voluerunt. Hoc illud eſt, quod ait Thucydides τῇ α' p. 14. [Ed. *Em. Port.*] τοὺς Λακεδαιμονίους βούλεσθαι τοὺς ξυμμάχους ἐπιτηδείως σφίσιν αὐτοῖς πολιτεύεσθαι, τουτέστιν ὀλιγαρχεῖσθαι. *Wolfius.*

Ib. l. 2. Ως πρέσβεις πέπομφεν ὡς Βασιλέα] Nam cum Iſocratis impulſu bellum Perſicum animo agitaret, probabile eſt & ejus ingenio dignum, per ſæciales priùs eum res repetere voluiſſe: hoc eſt, τὰς κατὰ τὴν Ασίαν Ελληνίδας πόλεις καὶ νήσους ἀξιοῦν ἐκεῖνον ἐλευθέρας ἀφεῖναι, καὶ τῆς Εὐρώπης παντελῶς ἀποστῆναι, ἀρκούμενον τῇ τῶν ἐν τῇ Ασίᾳ κατοικούντων βαρβάρων ἀρχῇ. *Idem.*

Ib. l. 3. Βασιλέα] Alibi paſſim Demoſthenes Perſarum regem ſolo Βασιλέως ſeu *regis* titulo, ut hìc, deſignat. Atque ita alii ſæpe ſcriptores. *Ariſtoph.* in Acharn. ver. 647. Οτι καὶ Βασιλεὺς & quæ ſequuntur. Idem in Equit. 476. —— ἃ Μήδοις καὶ Βασιλεῖ ξυνόμνυτε. Uſitatiùs autem Μέγας Βασιλεὺς appellabatur. Sic idem in Pluto ver. 170. Μέγας δ' Βασιλεὺς οὐχὶ διὰ τοῦτον κομᾷ: ad quem locum hæc *Car. Giraldus:* " *Magnum regem* abſolutè vocant

S " regem

“ Regem Perſarum. Cum enim Cyrus Aſſyriæ &
“ Mediæ regna in Perſas tranſtuliſſet, Aſiam de-
“ bellaſſet (unde argenti quingenta millia talento-
“ rum reportavit, præter craterem Semiramidis,
“ cujus pondus erat quindecim talentorum) voca-
“ tus eſt μέγας βασιλεὺς: a quo poſtea Perſarum
“ reges μεγάλους βασιλέας appellari ſe voluerunt.”

Ibid. Οἶδ' ἐν Ἰλλυριοῖς πόλεις τειχίζειν] Philippus decem abhinc annos magnam hujus regionis, quæ jam *Sclavonia* appellatur, partem ſubegerat. Haud veri abſimile eſt eos iſtiuſmodi rumores eo animo ſparſiſſe ut Philippo eſſent utiles, cum perſuaſum darent ſcilicet longè ab Athenis eſſe remotas ejus cogitationes atque conſilia. *Tourrellus.*

Ib. l. 5. Ἕκαστος περιερχόμεθα] Etſi & hæc lectio excuſari poteſt, malim tamen ἕκαστοι. Sic in Oratione περὶ Εἰρήνης, μὴ πάντες, περὶ τῶν ἰδίων ἕκαστος ὀργιζόμενος: ſervata numerorum congruentia. *Wolfius.* [In *Voſſ. Pith. Ben.* β. ε. & nonnullis aliis legitur ἕκαστοι.]

Ib. l. 7. & ſeqq. Ἐκεῖνον μεθύειν — καὶ π. τ. ὀνειροπολεῖν] *Horatius* ad hunc locum videtur reſpexiſſe, cum de Cleopatrâ dicit, Od. i. 37.

> *quidlibet impotens*
> *Sperare, fortunaque dulci*
> *Ebria.*

in *Voſſ.* primæ voces tranſponuntur.

Ib. l. 13. Τί μέλλει] *Voſſ*, τί δεῖ. Poſt ἐκεῖνος *Morellius* inter var. lect. punctum ponit, deletque quæ ſequuntur ad ἀλλ' ἐάν.

Ib. l. 17. Ἀποστερεῖ] *Voſſ.* ἀποστερῇ. Mox ὑπὲρ ὑμῶν καθ' ὑ. εὕρητε.

P. 39. l. 7. Ἅττα] Aliquando cum leni ſcribitur hæc vox, & tum ſignificat τινά: cum aſpiratâ verò, ut hìc, ἅτινα. *Etymol. Mag.* voc. ἅττα. Nonnunquam accipitur pro ὅσα: alicubi tamen redundat. Phere-

Pherecrates in Chirone ἐπ' ἀριθμοῦ eam uſurpavit: Ariſtophanes vero ἐπὶ χρόνου. *Harpoc.* & *Etymol.*

Sect. XVII.

Ib. l. 11. & ſeqq. Οὔτ' ἄλλοτε πώποτε πρὸς χάριν εἱλόμην λέγειν, ὅ,τι ἂν μὴ καὶ συνοίσειν ὑμῖν πεπεισμένος ὦ] Demoſthenes, licèt jam primò contra Philippum diceret, plures anteà orationes habuerat, quæ ad ſalutem reipublicæ ſpectabant: De Claſſ. de Rep. Ord. Pro Megal. *&c.* ideoque pluſquam una occaſio ei obtigerat ſincerum civibus ſuis conſilium impertiendi. *Tourrellus.*

NOTÆ

IN PRIMAM

OLYNTHIACAM.

OLYNTHUS, Thraciæ urbs, in Peninſulâ Pallenes ſita eſt, inter Sinum Theſſalonicum & Toroneum. Plures ei cum Amynta Philippi patre contentiones interfuerant. Philippo etiam, quum imperium ingreſſus eſſet, obſtiterat. *Diod.* l. xv. *Iſoc.* in Archid. & Paneg. Is tamen iracundiæ ſuæ initio non paruit, ſed è contra amicitiæ indiciis maximè fallacibus, eos, quos ad cladem deſtinabat, conſopire ſtuduit: eóque certiorem ſibi reddidit vindictam, quò tardiùs atque occultiùs procedebat. Tandem Olynthum obſidione cingit, atque hoc illud eſt quod tribus Olynthiacis materiam præbuit. Has ego eodem ordine, quo Dionyſius Halicarnaſſeus Epp. ad Amm. colloco; eique ipſa ratio ſuffragatur. Namque initio ejus Olynthiacæ, quam ego primam facio, Orator Athenienſibus inſtat de fœdere citò cum Olynthiis ineundo; in duabus autem reliquis id fœdus initum ſupponit, inque id ſolum incumbit, ut oſtendat quàm neceſſe ſit, quæ ex eo tenebantur facere, ut faciant. Conſequentia cuivis facilè patebit. *Tourrellus.*

NOTÆ

NOTÆ IN TEXTUM & SCHOLIA.

SECT. I.

PAG. 42. lin. 3. Φανερὰν γενομένην] Cæcus igitur & amens ſit oportet, qui eam non cernit. *Wolfius.*

Ib. l. 5. Πολεμήσοντας] In nonnullis πολεμήσαντας legitur: minus rectè.

Ib. Schol. l. 5. Τῶν ἐξ ὑποδιαιρέσεως] Vide ſecundum caput Hermogenis de Inventione lib. i. *Wolfius.*

Ib. l. 6. Προλήψεως] Malim προσλήψεως aſſumptione, adjunctione indefiniti. *Idem.*

Ib. l. 11. Τοῦ Θεολόγου] Gregorii Nazianzeni, qui κατ' ἐξοχὴν ſic appellatur, ut Demoſthenes ὁ ῥήτωρ, Homerus ὁ ποιητής. Extat hic Epitaphium in Editione Hervagianâ, ann. MDL. fol. 76. cujus hoc initium: eſt Ἔμελλεν ἄρα πολλὰς ἡμῖν ὑποθέσεις, &c. *Idem.*

Ib. l. 12. Τοῖς γὰρ προσώποις] Mutilus videtur hic locus, nec ad inſtitutum pertinere, niſi ei aliquid conſentaneum anteceſſerit. *Idem.*

Ib. l. 16. Τῷ πρώτῳ] Id eſt, tertiâ in hâc Editione.

Ib. l. 18. & ſeq. Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ ζητεῖται εἰ χρὴ βοηθεῖν τοῖς Ὀλυνθίοις· ἐν δὲ τούτῳ, τὸ μὲν βοηθεῖν ἤδη δέδεικται] Immo è contra in hac oratione quæritur εἰ χρὴ βοηθεῖν τοῖς Ὀλυνθίοις, quod manifeſtum eſt ex ipſo exordio; in illâ alterâ, quam Scholiaſtes falsò primam vocat, τὸ μὲν βοηθεῖν ἤδη δέδεικται: idque

que palam eſt cùm ex multis aliis locis, tum præſertim ex eo quod Demoſthenes de Philippo dicit pag. 116. τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων, καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν. Quomodo enim Philippus Athenienſium abſentiam criminari poterat, niſi Olynthiis auxilio adeſſe ex fœdere jam inito tenerentur ?

Ib. l. 25. Μὲν τῷ λόγῳ] Præpoſitio planè deeſt; itaque, ex *Wolfii* mente, lego ἐν pro μὲν.

Ib. l. 29. Περὶ τοῦ ἐξ ἀρχῆς] *Wolfius* uno verbo legit ἐξαρχῆς, & pro περὶ, ἐπὶ potiùs ſcribendum cenſet. Ego quidem πρὸ malui reſcribere, cùm quia haſce voces ſæpiſſimè inter ſe mutari obſervaverim, tum ob ſequens πρὸ τῆς εἰσόδου, quod idem planè eſt.

P. 43. l. 1. Δύναμίν τινα] Olynthus inter urbes Thraciæ fuit maxima; ſub ſecundo, tertio, & quarto anno Olympiadis 98. conjunctis Macedoniæ Spartæque viribus proſperè nonnunquam obſtitit. Lacedæmonii tres imperatores in hoc bello amiſerunt, quod tamen terminatum eſt Olymp. 100. Ann. 1. pace factâ valdè ex Lacedæmoniorum commodo. *Tourrellus*.

P. 43. l. 3. & ſeqq. Ὥστε τὰς πρὸς ε. δ. π. μ. ἀπίστους] Etiam ex hoc loco apparet, Olynthiorum levitatem nonnullis ſuſpectam fuiſſe. *Wolfius*. [Imo Philippi Olynthiis.]

Ib. Schol. l. 6. & ſeqq.] Δείκνυται ἢ ὧν δεύτερος—ἐκ τῶνδε &c.] Lepidum ſanè argumentum, quodque ſeriâ refutatione haud indiget.

Ib. l. 11. Ὁ Φιλόχορος] Libro ſexto rerum Atticarum: eum videſis in Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ apud *Scaligerum*, p. 330. ſub finem: vel in *Dionyſ. Halicarn.* Ep. ad Amm. p. 196. Ed. Doctiſſ. *Hudſoni*.

Ib. l. 30. Καλασωνιστᾷ] Deeſſe hìc particulam copulativam quilibet, credo, videat. Mihi quidem ſub illo ipſo καλασωνιστᾷ deliteſcere videbatur. Abundat nempe καλὰ & ex κᾶτα corruptum eſſe ſuſpicabar.

Suffra-

Suffragantem poſteà *Morellium* obſervavi, cujus inſuper adjutus induſtriâ lectionem fidentèr emendavi.

Ib. l. 40. Σύμμετρον ᾗ] Σύμμετρος apud Græcos vulgò ſaltem, ſi non ſemper, *mediocris*, *modicus*, ideóque *exiguus* ſonat. Itaque cum hæc primo legerem, illud ᾗ in ὃ vertendum cenſui. Quomodo enim eadem potentia & magna & parva fieri poſſet? Cæterùm quum alia etiam, quamvis rariùs, ſignificet, inter quæ *juſtus*, *idoneus*, *conveniens*, nolim equidem lectori nova mea obtrudere, ſi priora placuerint.

P. 44. l. 4. Τῶν ὑπαρχόντων] Id eſt, τῆς τύχης, τοῦ καιροῦ, τῆς θείας εὐεργεσίας. Utendum occaſionibus & fortunæ benignitate: divina liberalitas amplectenda eſt. *Wolfius.*

Ib. l. 6. Πόλεων] Puta Amphipolim, Pydnam, Potidæam, Methonam, & Pagaſas, quarum tres priores Philippus ceperat Olymp. 105. Ann. 3. duas reliquas Olymp. 106. Ann. 3.

Ibid. Καὶ τόπῳ] Χωρίων, λιμένων ὁρμητηρίων τοῦ πολέμου. *Wolfius.*

Ib. l. 7. Φαίνεσθαι προϊεμένους] Videri projicientes urbium: more Latinorum, cum participia in nomina degenerant, ut apud Salluſtium Catilina, *ſui profuſus, alieni appetens*: τῶν μὲν ἰδίων προετικὸς ἢ προϊέμενος· τῶν δ᾽ ἀλλοτρίων ὀρεκτικὸς ἢ ὀρεγόμενος. Nam alioqui προΐεμαι accuſativo jungitur, ut 1 Olynthiacâ (id eſt, tertiâ nobis, p. 124) Εἰ δὲ προησόμεθα, ὦ α. A. καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους &c. *Idem.*

Sect. II.

Ib. l. 10. Τὸ μὲν οὖν, ὦ α. A. τὴν Φιλίππου ῥώμην] Philippi vires & potentiam commemorare. Quæ initio parva cum eſſet, nunc amplificata eſt ejus ſedulitate: quam ſi vos imitaremini, veſtrum etiam imperium creſceret. Apparet alium aliquem Orato-

rem hac exhortandi ratione fuiſſe uſum, quam Demoſthenes κατὰ παράλειψιν perquàm ingenioſè repetit. *Idem.*

Ib. Schol. l. 4. Ἀνάγκλω ἐνεποίησεν αὐτᾶ τᾶ πρᾶλιθέν]ⓒ] Lego αὐτῷ τῷ πρᾶλιθένⓒ, ut ſit paſſivus aor. & αὐτῷ ad verbum ἐνεποίησεν referatur. Quanquam id & abſolutè poni, & αὐτᾶ τᾶ πρᾶλιθένⓒ conjungi poteſt. *Idem.*

Ib. l. 14. Προνοῆσαι] Lego προνοήσαι, tertia perſona optativi. *Idem* [Idem mox l. 27. pro ὅτι μὴ, ὅπως μὴ legendum cenſet.]

P. 45. l. 2. Προτρέπειν τὰ] *Pith.* inſerit, μάλιςα. Mox. l. 6. MStus *Baroccianus* non agnoſcit τὸ, τινὰ poſt φιλοτιμίαν.

Ib. l. 5. Ὑπὲρ τέτων] Fortaſſis, ὑπὲρ τέτε, vel ὑπὲρ τῶν Φιλίππῳ πεπραγμένων : ut non ad verba, ſed ad ſenſum referatur conſtructio. *Wolfius.*

Ib. l. 6. Ὑμῖν δ' ἐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι] Εὐφήμως ἀντὶ τᾶ, ἀτιμίαν κὴ ἀδοξίαν ἡμῖν προξενῆσαι. Propoſitio præteritionis : non hortabor vos exemplo Philippi. Ratio, quòd ea oratio illi honorifica, nobis ignominioſa eſt : Hanc rationem προσαποδόσει eleganti illuſtrat & ἀντιθέσει. *Idem.*

Ib. l. 7. Ὑπὲρ τὴν ἀξίαν] Supra dignitatem, plus quàm ab eo quiſquam expectare, aut poſtulare debuiſſet &c. *Idem.*

Ib. Schol. l. 11. Ἔχοντες] *Wolfius* & *Morellius* inter varias lectiones ἔχοντες τῆς : quod neceſſariò admittendum eſſe primo ſtatim intuitu ſatis patet.

P. 46. l. 1. Αἰσχύνlω ὠφλήκατε] Demoſthenes eleganti hâc metaphorâ, a debitoribus ſumptâ, qui Gr. ὄφλοντες dicuntur, ſive iis qui judicio damnantur, maximoperè uti amat. Sic ſupra in Philipp. p. 34. αἰσχύνlω κὴ ἀνανδρίαν κὴ πάντα τὰ αἴσχιςα ὠφληκότες : infra Olynthiacâ 3. p. 139. ἄνοιαν ὀφλισκάνων : in Cherſoneticâ p. 55. Ed. *Ben.* ὑπερίζοντας δὲ

τῶν

τῶν ἔργων αἰσχύνην προσοφλισκάνειν. In Orat. contra Leptinem, p. 276. —— ἐ μικρὰν ζημίαν ὀφλήσειν μέλλουσαν (τὴν πόλιν.) Οὐ γὰρ, εἰ μὴ χρήματα ἀπόλλυται, μόνον σκεπτέον, ἀλλ' εἰ καὶ δόξαν χρηστὴν &c. Laus & gloria virtutis præmium, vitiorum & peccatorum ignominia & dedecus, pœna ſive mulcta, & quidem graviſſima ingenuis hominibus: ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, ἐδεμιᾶς ἐλάττων ζημία τοῖς γε σώφροσι. Olynth. 3. p. 140. quare bene dicuntur αἰσχύνην ὀφλισκάνειν, *probrum debere* aut *luere.*

Ib. l. 2. Ταῦτα μὲν οὖν παραλείψω] Repetitio propoſitionis, & alia αἰτιολογία: quâ calidiſſimè & res Philippi extenuat, & populum excuſat, & adverſarios perſtringit & terret: idque παραλειπτικῶς & ipſum facit. *Wolfius.*

Ib. l. 5. Αὐτὸν ἴδοι μέγαν] In cæteris impreſſis hoc ordine leguntur hæc μ. α. ἴ.

Ib. l. 6. Ὧν οὖν] Subauditur præpoſitio ὑπὲρ, quod omittere Atticis familiariſſimum eſt; eam verò mox ante τούτων neceſſariò inſerendam duxi, eamque ibi agnoſcunt *Pith.* & *Ben.* θ. *Voſſ.* τοῦτον habet.

Ib. l. 10. Ἔνι, καὶ βέλτιον] Subaud. λέγειν, quod quidem in *Pith.* exprimitur. Cæteri editi, ut & MS. *Laud.* βέλτιστον, quod non diſplicet, cum in uſu ſit apud Atticos ſuperlativis pro comparativis uti: *Benenati* autem lectioni ſuffragantur *Pith. Voſſ.* & *Barocc.*

Ibid. Καὶ βέλτιστόν ἐστιν] Διὰ τὸ ἀναθαῤῥῆσαι δήπου, καὶ τὸν φόβον ἐκβάλλειν ὑμᾶς. Attentionis & benevolentiæ captatio. Grata enim & jucunda erat Athenienſibus criminatio Philippi: nec minùs extenuatio virium illius. Hæc enim duo ſe facturum proponit. *Wolfius.*

Ib. Schol. l. i. Σκοποῖτο] Satis patet nihil huc pertinere τὸ σκοποῖτο: itaque hoc Scholion ad ἐνθένδε

θένδε retuli, cujus vocis quis hoc in loco ſenſus in eo explicatur.

Ib. l. 5. Τελικωλ⊚ ἢ ἔχȣσα] *Wolfius* legi vult τελικωλ⊚ ἢ Περίοδ⊚, ἔχȣσα.

P. 47. l. 2. Ὀρθῶς δοκιμάζειν] Non eventum ſpectando, ſed cauſas & rerum geſtarum rationem intuendo. *Wolfius.*

S E C T. III.

Ib. l. 4. Τὸ μὲν ȣ͂ν ἐπίορκον] Videntur hoc alii oratores feciſſe ἀναλιολογήτως, καὶ ἄνδυ ἐλέγχων: quod ſe aliâ ratione facturum (ne eadem inculcare videatur) profitetur. *Idem.*

Ib. l. 6. Τις ἂν] Tranſponit *Pith. Voſſ.* τὸ ἂν delet: mox idem & *Barocc.* πάνλα ὅσα πολέ.

Ib. l. 7. Τὸ ϗ πάνθ' ὅσα] Verba ſic ordinanda ſunt, mutato propter relativum pronomen participio in verbum: τὸ διεξιέναι πάνλα ὅσα Φίλιππ⊚ ἔπραξε πώποlε, καὶ ἐλέγχειν αὐτὸν ἐφ' ἅπασι τȣτοις' ϛυμβαίνει καὶ δεῖσϑ λόγȣ βραχέ⊚, καὶ ἡγȣ͂μαι ϛυμφέρειν, εἰρῆσϑ, ἕνεκα δυοῖν. *Wolfius.*

Ibid. Πάνθ' ὅσα πώποlε] Hyperbolica propoſitio, referenda tantùm ad ἐπίορκα καὶ ἄπιϛα ἔργα, quorum tria tantùm, ſed magna recenſet, deceptos Athenienſes, Olynthios, Theſſalos. *Idem.*

Ib. l. 11. Εἰρῆσϑ] Ανlὶ τȣ͂ ῥηθήσεσϑ. *Idem.* [Atticiſmus: cujus exempla, cum ſimilibus, ſingula Demoſthenis pagina ſuppeditabit.]

P. 48. l. 2. Ὑπερεκπεπληγμένȣς] Supra modum admirantes & formidantes. Hæc vox ea, quæ ſtatim ſequuntur, τὸ,τε φοβερὸν καὶ ϑαυμαϛὸν complectitur. *Idem.*

Ib. l. 3. Διεξελήλυθε] Τὸ διεξιέναι καὶ διελθεῖν' ἢ διεξελθεῖν, alias eſt, τὸ λέγειν καὶ διηγεῖσϑ: hìc verò τὸ διαπορευθῆναι, καlὰ μεlαφορὰν, καὶ καlαναλῶσαι πάσας τὰς πανȣργίας καὶ δεινότηlας. *Idem.*

Ib.

Ib. l. 5. Ηὐξήθη] MS. *Laud.* & *Barocc.* ηὐξ[ι]ώθη.

Ib. l. 6. Πράγματα αὐτῷ] *Pith.* & *Ben.* α. β. αὐτῷ. Mox *Wolfius* & MS. *Laud.* Ἐγὼ γὰρ abſque τῷ μὲν, *Aldus* Ἐγὼ μὲν οὖν.

Ibid. Ἐγὼ γὰρ] Confirmatio tractata ἐκ θέσεως καὶ ἀναιρέσεως. Argumenti ſumma eſt, Philippi imperium malè partum non fore diuturnum; ducti a cauſis efficientibus, & illuſtrati contentione contrariorum & ſimilitudine. *Wolfius.*

Ib. l. 8. Φοβερὸν εἶ. τ. Φ. καὶ θαυμαστὸν] Ita *Voſſ. Barocc. Pith.* & *Ald. Wolfius* & *Laud.* alio ordine, ſcilicet, φοβερὸν εἶναι καὶ θαυμαστὸν τὸν Φίλιππον.

Ib. Schol. l. 8. Ἄλλως] Hoc vocabulum neceſſariò inſerendum duxi. Manifeſtò enim duo hìc Scholia ſunt: quorum prius rationem exponit propter quam de Philippo dicit, ὅτι πάντα διεξελήλυθεν: poſterius ipſarum vocum vim atque ſignificationem enarrat. In *Wolfio* disjunctìm leguntur, & ad diverſa capita referuntur: illud ad ὅτι π. δ. hoc autem, omiſſo τῷ ὅτι, ad πάντα διεξελήλυθεν.

Ib. l. 18. Φανερῶς ὡς μὴ θεὸς] Illud ὡς ex ultimâ Syllabâ præcedentis φανερῶς planè natum eſt, neque quicquam huc pertinet: in *Wolfio* non legitur, delendumque eſſe *Morellius* etiam admonuit. Niſi legere velis φανερὸς, puro puto Atticiſmo.

Ib. l. 19. Ὅταν μὲν γὰρ πρὸς τὸν ἀντίδικον ἔχωμεν ἀναγκαίως] Lego ὅταν μὲν γὰρ ἀντίδικον ἔχωμεν, τὸν ἀναγκαίως. *Wolfius.*

P. 49. l. 1. Ἑώρων αὐτὸν ηὐξημένον] Τὰ γνωριστικὰ ῥήματα (inquit Moſcopulus) καὶ τὰ ἐπὶ ὄψεως μετὰ μετοχῆς συντάσσονται. Sed eum participii accuſativum Latini rariùs retinent, ut *Cic.* ii. de Fin. *Idque Socratem audio dicentem:* ſæpius infinitivo commutat: ut *Virgilius* in Bucolicis:

Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum
Excipere inſidiis? —— Idem.

Ib.

Ib. l. 5. Τὴν Ἀμφίπολιν φάσκειν παραδώσειν] *Polyæn.* Stratagem. lib. iv. 17. Φίλιππος, Ἀμφίπολιν ἀπαιτούμενος ὑπὸ Ἀθηναίων, ὁμοῦ δὲ καὶ Ἰλλυριοῖς πολεμῶν, οὐκ ἀπέδωκεν, ἀλλ' ἀφῆκεν ἐλευθέραν. Ἀθηναῖοι δὲ ἠγάπησαν τὸ ἐλευθέραν ἀφεῖσθαι. Φίλιππος, ὁπότε τῶν Ἰλλυριῶν κρατήσας μείζω δύναμιν ἐκτήσατο, τηνικαῦτα πάλιν Ἀμφίπολιν κατέσχεν, Ἀθηναίων καταφρονήσας. Vulteio interprete: *Philippus cum Amphipolim ab eo repeterent Athenienſes, eodem tempore bellum gerens cum Illyriis, non reddidit, ſed liberam dimiſit. Athenienſes hoc ipſo contenti fuerunt quòd libertate eſſet confirmatâ. Philippus, ſuperatis Illyriis majores vires adeptus, rurſus Amphipolim, contemptis Athenienſibus, occupavit.* Vide *Demoſth.* περὶ τῆς Ἀλοννήσου, *Diod.* lib. xvi. circa initium, & Notas ſupra, p. 233.

Ib. l. 7. Θρυλλούμενόν ποτε ἀπόρρητον] Diverſè explicari poſſunt hæc verba: θρυλλούμενον enim ſignificare poteſt aut id de quo inter eos tunc temporis agebatur, aut quod poſteà ore omnium valdè celebrabatur. Deinde ἀπόρρητον vel ad θρυλλούμενον referri poteſt, vel ad κατασκευάσαι, ἐπιρρηματικῶς. Hiſtoriam quod attinet, apud Suidam voc. τί ἐστι habemus Theopompi hujus rei narrationem; quam viſum eſt huc tranſcribere: Καὶ πέμπει πρὸς Φίλιππον (Populus ſcilicet Athenienſis) πρεσβύτας Ἀντιφῶντα καὶ Χαρίδημον, πράξοντας καὶ περὶ φιλίας· οἳ παραγενόμενοι συμπείθειν αὐτὸν ἐπεχείρουν ἐν ἀπορρήτῳ συμπράττειν Ἀθηναίοις, ὅπως ἂν λάβωσιν Ἀμφίπολιν, ὑπισχνούμενοι Πύδναν. Οἱ δὲ Πρέσβεις οἱ τῶν Ἀθηναίων εἰς μὲν τὸν δῆμον οὐδὲν ἐπήγγελλον, βουλόμενοι λανθάνειν τοὺς Πυδναίους, ἐκδιδόναι μέλλοντες αὐτούς. ἐν ἀπορρήτῳ δὲ μετὰ τῆς βουλῆς ἔπραττον. *Porto* interprete: *Legatos ad Philippum mittit Antiphontem & Charidemum, acturos etiam de amicitiâ. Qui cum ad eum perveniſſent, ei perſuadere conabantur, ut occultè juvaret Athenienſes,* ut

ut Amphipolim occuparent, [pro tali beneficio] Pydnam ei promittentes. Athenienſium verò Legati populo quidem hâc de re nihil renuntiârunt, quòd Pydnæos latere vellent [iſtud conſilium ;] & quod [eos Philippo] dedere ſtatuiſſent. Sed cum Senatu clam agebant. Confer *Schol.* ad has voces θρυλλέμενόν ποτε ; in quo ſub finem Ἀμφιπόλεως pro Φιλίππε legendum eſſe obſervavit Doctiſſ. in Notis ad *Suidæ* locum memoratum. Obſervanda demum eſt inter Theopompum & Scholiaſten noſtrum diſcrepantia, quorum ille Amphipolim, hìc Potidæam Athenienſibus tradendam refert. Nemini dubium eſſe poteſt quin Theopompi prævalere debeat auctoritas, quippe qui eodem tempore, quo Philippus vixerit, quique illius rerum geſtarum hiſtoriam conſcripſerit. Articulum, qui deeſſe videbatur, ante ἀπόῤῥητον reſtitui ex *Pith.* & *Ben.* α. ε. η. θ. Ejuſdem α. β. ε. κατασκυάσειν exhibent, ut & *Pith.* & *Wolſius* : κατασκευάσαι *Ald. Voſſ. Laud.* & *Barocc.*

Ib. Schol. l. 5. Ἀποϛῆναι αὐτῷ] Corruptus locus ac mutilus, ſic, opinor, reſtituendus : διὰ τὸ μὴ καθαρῶς ἀποϛῆναι αὐτῶν τὰς Ἀθηναίες, τὰς Ὀλυνθίες, χαρισάμενος αὐτοῖς τὴν Ποτίδαιαν, ἀπέϛησεν Ἀθηναίων. *Wolſius.*

Ib. l. 11. Ἵνα ζυγγνώμην ἔχωσιν Ὀλύνθιοι] Εὕρωσιν, ut veniæ locus eſſet Olynthiis. Alioqui ζυγγνώμην ἔχειν eſt ζυγγινώσκειν, *ignoſcere, dare veniam.* Fortaſſe legendum, Ὀλυνθίοις ὅτι ἐπ' ἐέροις ἀπατηθεῖσιν, ſubintellecto nominativo Ἀθηναῖοι : *ut Athenienſes veniam darent Olynthiis.* Idem.

Ib. l. 21. Φασὶ ἤ, ὅτι πάντοτε] Scribendum eſt ὅτι ἐ πάντοτε, ſententiâ id omnino poſtulante.

Ib. l. 35. Ἀπὸ τῦ χωρίε ὥσπερ τῦ ἐλέε] In foro Athenarum erat ara Miſericordiæ ; cujus numini, quòd magna haberet in totâ hominum vitâ & caſuum varietate momenta, ſoli ex omnibus Græcis ſingu-

ſingularem quendam honorem habuerunt Athenienſes. *Pauſan.* Atticis. De Heraclidis vide *Diod.* l. v.

P. 50. l. 1. Ποτίδαιαν ἔσαν ἡμετέραν] De Potidæâ vide Notas ſupra p. 223. Corinthiorum (uti ibi diximus) colonia fuerat; tunc temporis Athenienſibus ſocietate erat conjuncta, quibus etiam tributum pendebat; poſteà verò ab iis defecit. Potidæatæ ab Athenienſibus obſeſſi, victi, domo pulſi ſub finem anni 2*di* belli Peloponneſiaci, in agrum Chalcidicum, & quo quiſque potuit, abiêre. Athenienſes coloniam in Potidæam deducunt, eamque incolunt. *Thucyd.* lib. ii. p. 245. In eâ etiam erat præſidium Athenienſe, quod Philippus ex urbe deduxit, & clementèr tractatum Athenas remiſit. *Diod.* l. xvi.

Ib. l. 2. Τὲς μὲν πρότερον ζυμμάχες ἡμᾶς] Alterius membri ſumma eſt: Philippus Olynthios ad ſuam amicitiam pellexit. Quomodo? Potidæam noſtram civitatem vi captam abſtulit, (in quo fidem ſocietatis violavit, & variis pollicitationibus nos circumvenit) Olynthiis tradidit. Nullus ſcrupulus reliquus eſt, modò intelligas, eo tempore, quo iſta facta ſunt, Philippum fuiſſe Athenienſium ſocium. In Epiſtolâ certè quidem ſuâ ſcribit: ἵν' ἐμμείνωμεν τοῖς ὅρκοις, καὶ ταῖς ὁμολογίαις, &c. Sed Chronologia fortaſſe repugnat. Poſt τὸ ἡμᾶς, Aſteriſcus additus indicat dubitatum eſſe de lectione. Quid ſi ἡμῶν; ut de Potidæatis intelligatur, ſociis Athenienſium. Sed cum Ποτίδαιαν ἔσαν ἡμετέραν præcedat, fortaſſe parum convenit, eoſdem & ὑπηκόες & ζυμμάχες dici. Sed hæc hactenus. *Wolfius.* [Dubitationem, quam *Wolfius* propoſuit, ipſe eximit Demoſthenes, atque adeo Scholiaſten refellit, qui per ζυμμάχες Potidæatas intelligit, ſcilicet pro ἡμᾶς legendo ἡμῶν. Etenim ex ejus Oratione περὶ

Αλο-

Ἀλοννήσου p. 49. Ed. *Ben.* diſcimus non ſolùm Potidæam tum temporis Athenienſes incoluiſſe, quod modò diximus, verùm etiam iis cum Philippo ſocietatem tum interfuiſſe. Καίτοι Ἀθηναίων οἱ ἐν Ποτιδαίᾳ κατοικοῦντες, οὐκ ὄντος αὐτοῖς πολέμου πρὸς Φίλιππον, ἀλλὰ ΣΥΜΜΑΧΙΑΣ, καὶ ὅρκων ὀμωμοσμένων, οὓς Φίλιππος τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Ποτιδαίᾳ ὤμοσεν, ἀφῃρέθησαν ὑπ' αὐτοῦ τὰ κτήματα. Neque ſanè neceſſarium eſt Philippo tum ſocios fuiſſe Athenienſes, ut rectè habeat recepta lectio: dicit enim τοὺς πρότερον ξυμμάχους, *antea ipſius ſociis*, nullo certo tempore definito, quod utique verum eſſe, ipſe alibi Demoſthenes teſtatur. In Orat. de Coron. p. 141. — ἐν τῇ πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολῇ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ ξυμμάχους: ſimilia in aliis paſſim locis occurrunt.

Ib. l. 3. Παραδοῦναι δ' ἐκείνοις] Diodorus lib. xvi. ait Philippum pollicitum fuiſſe ſe Potidæam Olynthiis traditurum, cujus adipiſcendæ magno pridem ſtudio tenebantur; traditæ etiam non meminit, quod mirum videatur, cum id factum fuiſſe cum ex hoc tum ex aliis Demoſthenis locis ſatis manifeſtum ſit, Pydnam verò iis donaſſe refert cum agris & fundis territorii.

Ib. l. 4. & ſeqq. Θετταλοὺς δ' νῦν τὰ τελευταῖα τὴν Μαγνησίαν παραδώσειν ὑπέσχετο] Theſſali Græciæ populi inter Macedoniam & Thermopylas ſiti. Philippus a morbo recreatus, quo poſt acceptum ad Methones obſidionem vulnus laboravit, Olymp. 106. Ann. 4. ad Aleuadas adjuvandos profectus eſt, qui eum in Theſſaliam vocarunt, ut eos a novis ſuis ad Pheras tyrannis liberaret. Eorum afflictorum miſerationi admiſta eſt nonnulla etiam commodi ſui ratio. Hujuſce expeditionis curſu, Magneſiam cepit, urbem Theſſaliæ ad Ægei Maris littora. Theſſalis Magneſiam ſibi vindicantibus illicò ſe eam redditurum Philippus fidem dedit, ſatis intereà cavens, ut

ut ne eam omnino liberaret. *Tourrellus.* [Aleuadæ ipſi poſteà tyrannide potiti ſunt, a quâ eos Philippus dejecit. Vide *Schol.* p. 134. ad voces καὶ γὰρ Παγάσας.]

Ib. l. 5. & 6. Καὶ τὸν Φωκικὸν πόλεμον πολεμήσειν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναδέξασθαι] Vide Notas ſupra p. 237. *Juſtinus* lib. viii. 2. de hoc Bello — *Thebani Theſſalique non ex civibus ſuis, ne victoris potentiam ferre non poſſent, ſed Philippum Macedoniæ regem ducem eligunt, & externæ dominationi, quam in ſuis timuerunt, ſponte ſuccedunt.* Quàm bene id iis ſucceſſerit, ex eodem diſcimus: etenim paulò pòſt hæc habet. *Sed nec Philippus melioris fidei adverſus ſocios fuit: quippe veluti timens ne ab hoſtibus ſacrilegii ſcelere vinceretur, civitates quarum paulo ante dux fuerat, quæ gratulatæ illi ſibique victoriam fuerant, hoſtiliter occupatas diripuit. Conjuges liberoſque omnium ſub coronâ vendidit: non deorum immortalium templis, non ædibus ſacris, non diis penatibus publicis privatiſque, ad quos paulo ante ingreſſus hoſpitaliter fuerat, pepercit: prorſus ut non tam ſacrilegii ultor extitiſſe, quam ſacrilegiorum licentiam quæſiſſe videretur.*

Sect. IV.

P. 51. l. 10. Πιστεύεσιν] Sententia futurum poſtulat; itaque πιστεύσεσιν emendavi, præeunte *Wolfio*, ſuffragante etiam MSto *Laud.* & *Pith.*

Ib. l. 11. Παρὰ τὴν αὐτῶν ἀξίαν] Præter dignitatem ſuam, indignis modis, contra quàm expectârant: ἀξίαν, id eſt dignitatem hic tribuit Theſſalis, quos priore [id eſt tertiâ nobis] oratione ut perfidos criminatus eſt: ut oſtendat, Theſſalos, quamquam improbos, tamen Philippo eſſe melio-

3 res,

res, digniores qui eidem imperent, quàm ſerviant, &c. *Wolfius.*

Ibid. Δεδουλωμένοι Θετταλοὶ] Quibus artibus Philippus Theſſaliam in ſervitutem redegerit, eleganter narrat *Polyæn.* Stratagem. iv. 20. Φίλιππος ποθῶν κτήσασθαι Θεσσαλίαν, αὐτὸς μὲν φανερῶς οὐκ ἐπολέμει Θεσσαλοῖς. Πελινναίων δὲ πολεμούντων Φαρσαλίοις, καὶ Φεραίων Λαρισσαίοις, τῶν δὲ ἄλλων ἐς τούτους διῃρημένων, ἀεὶ προσεβοήθει τοῖς καλοῦσι. νικῶν δὲ, οὐκ ἀναστάτους ἐποίει τοὺς ἡττωμένους· ὅπλα οὐ παρῃρεῖτο· τείχη οὐ κατέβαλε· τὰς στάσεις ἔτρεφε μᾶλλον ἢ ἔλυεν· τῶν ἀσθενεστέρων ἐπεμελεῖτο· τοὺς δυνατωτέρους καθῄρει· τοῖς δήμοις φίλος ἦν· τοὺς δημαγωγοὺς ἐθεράπευεν· τούτοις τοῖς στρατηγήμασι Φίλιππος ἐκράτησε Θεσσαλίας, οὐ τοῖς ὅπλοις. Vulteio interprete : *Philippus cum Theſſaliam ſuæ ditionis facere cuperet, ipſe quidem nullum apertè bellum Theſſalis inferebat. Sed cum Pallenenſes* [ſcribe *Pelinnenſes*] *cum Pharſaliis bellum gererent, & Pherenſes cum Lariſſæis, aliique alterutrorum partibus adhærerent, ſemper auxilio veniebat iis qui ejus opem implorarent. Victoriam verò nactus, exciſionem aut vaſtitatem nullam victis inferebat, arma non eripiebat, muros non demoliri, factiones magis alere quàm diſſolvere, imbecilliorum curam gerere, potentiores affligere, atque de medio tollere, populis amicus eſſe, tribunos plebis & oratores colere. His ſtratagematis Philippus Theſſaliam ſubigebat, non armis.*

P. 52. l. 1. Καὶ μὲν εἴτις ὑμῶν] Poſtquam oſtendit, ſocios cæteroſque Græcos malè velle Philippo ; refutat opinionem de vi & potentiâ : ſumpto argumento a naturâ, & ingeniis hominum, maximè Græcorum. Locum hunc *Cicero* ii. de Officiis, copioſiùs tractavit : quem his verbis concludit : *peſſimum diuturnitatis cuſtodem eſſe metum ; benevolentiam vero fidelem vel ad perpetuitatem.* Wolfius.

Ib. l. 7. Ταῦτα ξυμφέρει] Omnino reſcribendum

 eſt

eſt ταὐτὰ, ut legitur in Orat. in Epiſtolam Philippi, p. 89. ubi hæc ſententia ad verbum fere iterum occurrit.

Ib. l. 8. Φέρειν τὰς ζυμφορὰς] Ferre caſus, id eſt, non tantùm tolerare labores: ſed, ne cladibus quidem acceptis, a ſocietate recedere ſolent. *Wolfius*.

Ib. Schol. l. 28. Στρατηγοῖς καὶ ϛρατιώταις] Non bene hunc locum interpretatus eſt Scholiaſtes. Etenim per haſce voces πᾶσι τοῖς μετέχεσι τῦ πολέμῳ non ſolùm imperatores & milites, verùm etiam ſocii omnes intelligendi ſunt. Supra in Philippicâ p. 11. dixit, Philippi ſocios metu ſolo retentos eſſe, quo minùs ab eo deſciſcerent: infra p. 56. & infirmos & infidos eos eſſe affirmat; mox p. 58. & 59. quomodo ei res ſit cum militibus ſuis, exponit.

P. 53. l. 2. Ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν] *Budæus*, & ex eo *Henricus Stephanus*, hæc ita vertit: *omnia retroagit, rerumque proceſſum interpellat & abrumpit*: ſed non videtur mentem Demoſthenis attigiſſe. Ἀνεχαίτισε hoc in loco idem ſonat ac ἀνέτρεψε, ſicuti exponit Scholiaſtes & *Harpocratio*; ad quem *Mauſacus* vocabulum hoc inter vocabula grandiloquentiæ & ſublimis ſermonis relatum eſſe a Criticis *Plinio*, *Dionyſio*, *Longino*, & aliis, obſervat: eumque ſenſum ipſe Demoſthenes confirmat, qui in Orat. in Epiſt. Phil. ubi eadem fere ad verbum repetuntur, pro ἀνεχαίτισε, διέσεισε dixit, καὶ διέλυσεν.

Ib. l. 3. & ſeqq. Οὐ γάρ ἐϛιν, —— δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι] Ad res feliciter agendas plurimum conferre pietatem erga deos, & juſtitiam erga homines, hoc eſt quod ſæpe ſæpius prædicat Demoſthenes. Contra, nihil omnino ſtabile eſſe quod juſtitiæ fundamento haud nititur. Illuſtris eſt in hanc ſententiam locus Orat. de Coron. p. 178. Θεάσασθε τοίνυν ὡς ζαθρὸν, ὡς ἔοικεν, ἐϛὶ φύσει πᾶν ὅ,τι μὴ δικαίως ᾖ πε-

ἢ πεπραγμένον. *Spectate autem quàm naturâ ſit ruinoſum, uti par eſt, quicquid non rectè actum fuerit.*

Ib. l. 4. Καὶ ἐπιορκᾶντα] *Caſaubonus*, ad Equit. Ariſtoph. ver. 298. voc. ἐπιορκῶ, hæc obſervat: "ὅρκος, *jusjurandum*: ἐπιορκεῖν, propriè *jusjurandum aliud addere, iterum jurare.* Uſus auctorum obtinuit, ut ponatur in malam partem de pejerante; quaſi monerent nos viri ſapientes non multum intereſſe inter pejerantem, & ſæpe jurantem; ut rectè diſputat Hierocles in Carmina Pythagoræ. Lyſias in Theomneſtum ἐπιορκήσαντα expoſuit ὀμόσαντα, *eum qui juravit*. Harpoc."

Ib. l. 10. Περὶ αὐτὰ, καταῤῥεῖ] Valdè arridet *Wolfii* conjectura, qui pro περὶ αὐτὰ, παρ' αὐτὰ legendum cenſet, *per ſe ipſa*, id eſt, ipſa ſeſe deſtruunt, ſuâ ſponte dilabuntur, decidunt inſtar floſculorum, cum vel aruerunt, vel vento agitantur. Hic planè loci ſenſus eſt, atque ita eum interpretantur *Nic. Carrus*, & *Tourrellus*. Illud αὑτὰ aſpiratè non neceſſarium eſt, cum apud optimos ſcriptores αὐτὰ pro αὑτὰ frequentiſſime invenies. Veriſimile eſt ſcripſiſſe Demoſthenem παρ' ἑαυτὰ, a quo facilior adhuc erat lapſus in περὶ αὐτὰ.

Ib. Schol. l. 11. Πολιορκᾶντα] Επιορκᾶντα legi, & ſcriptura autoris, & ſententia poſtulat. *Wolfius.*

Ib. l. 26. Τᾶ λῃςᾶ &c.] *Morellius* habet τᾶ κλέπτε, φῶς γὰρ ὁ κλέπτης: quæ lectio melior videtur.

Sect. V.

P. 54. l. 13. Παγασὰς ἀπαιτεῖν] Pagaſas, Theſſaliæ oppidum in Promontorio Pheræorum ſitum, Philippus quinque annos ante habitam hanc orationem in poteſtatem ſuam redegerat. Vide ſupra p. 264.

Ibid. Καὶ περὶ Μαγνησίας] Vide ſupra p. 291.

Ib. Schol. l. 1. Τινὲς λαμβάνονται] ἐπιλαμβάνονται legendum. [Quod *Morellius* etiam admonuit.] κάτωθεν, ab imis, quaſi dicas, de infra, ut ἄνωθεν deſuper, τὸ ἀκόλουθον conſequens, id eſt, quod ſequatur, vel, quàm aptè hoc dicatur. *Wolfius.*

Ib. l. 19. Εκάτερον γὰρ χρεῶον] Τοῦ ἑτέρου ambiguum eſt, utrumne ad χρεῶον, an verò ad ἐργάζεται βλάβην. Ego utrique cenſeo pertinere. Nam nec celeriter facta laudantur, ſi bene facta non ſint: & bene facta propter longiorem moram minus celebrantur. *Idem.*

P. 55. l. 5. Ὡς ἅπας μὲν λόγος] Alludit ad ignavam Athenienſium eloquentiam. Sic Iſocratis Archidamus ἀεὶ ἐνόμισε τοὺς περὶ τοὺς λόγους διατρίβοντας, ἀργοτέρους εἶναι τὰς πράξεις. Ubi multum verborum, ibi plerunque eſt parum rerum: nec ab re Turnus Drancen objurgat his verbis:

—An tibi Mavors
Ventosâ in linguâ, pedibuſque fugacibus iſtis
Semper erit?—

Huic Ciceronianum dictum exponatur: *Ubi rerum adſint teſtimonia, nihil opus eſſe verbis.* Idem.

Ib. l. 8. Ὅσῳ γὰρ ἑτοιμότατ'] Αντὶ τοῦ, πολλῷ ἑτοιμότερον τῶν ἄλλων· πολλὰ μὲν ἐπαγγελλόμενοι, ὀλίγα δ' ἐπιτελοῦντες. *Idem.* [*Pith.* ἑτοιμότερον habet.]

SECT. VI.

Ib. l. 13. Εἴπερ τις ὑμῖν προσέξει] Αντὶ τοῦ, εἰ βουλόμενα προσέχειν τινὰ ἡμῖν. *Idem.*

Ib. l. 14. Κἂν ταῦτα ἐθελήσετε] Hactenus conſilium: cujus nunc fructum exponit, & magis etiam Macedonum vires extenuat, quod & per ſe parvæ ſint, & Philippo parum fidæ. *Idem.*

Ib.

Ib. Schol. l. 15. Τὸ ἀπὸ Ἀθηνῶν εἰς Ὄλυνθον ἐλθεῖν] Quale ſomnium ſomniatus eſt bonus Scholiaſtes, cum hanc vocis μεϑάϛασιν explicationem excogitârit! Sententia eſt, Athenienſes omninò alios homines fieri debere: id quod & μετάϛασις & μεταβολὴ ſignificat, illa autem vox animi potiùs mutationem, ut cauſam, hæc novam agendi rationem, ut effectum reſpicere videtur.

Ib. l. 23. Πιϛεύϰσιν] Sententia futurum poſtulat: atque ita legendum *Morellius* etiam admonuit.

P. 56. l. 9. Ὑμῖν ἐπὶ Τιμοθέϰ πρὸς Ὀλυνθίϰς] Nullus, quod ſcio, Hiſtoricorum hujus expeditionis mentionem fecit, excepto *Nepote*, qui quidem inter Timothei præclarè facta, Olynthios eum ſubegiſſe refert, de Macedonicis autem copiis ei conjunctis nihil dicit.

Ibid. Ἐπὶ Τιμοθέϰ] Timotheus, ejus Cononis filius, qui Athenas a Lacedæmoniis afflictas reſtauravit: eique in iſto opere ſtrenuus etiam adjutor. Plures poſteà urbes, inter alias verò Potidæam, patriæ ſuæ recuperavit. Nemo alius imperator belli ſortem expertus eſt minùs inconſtantem: etenim nihil unquam aggreſſus eſt quod ei non proſperè ſucceſſit. Felicitatem eam qui illi invidebant dormientem eum pingebat, Fortuna interim prope ipſum urbes retibus capientem. Quibus ille immotus: *Urbes dormiens capio: ecquid vigilans non faciam?* Tourrelius. [Confer *Schol.* ad Plut. Ariſtoph. ver. 180.]

Ib. l. 11. Τϰτο ξυμμαχ.] *Pith.* τοιϰτο: mox *Ald. Voſſ.* & *Barocc.* ἐβοήθησαν.

Ib. Schol. l. 20. Πατὴρ Κόνωνος] *Wolfius* legit υἱός: ignorabat ſcilicet Timotheum filium etiam habuiſſe Cononem, quod tamen quiſque novit, qui modò ejus vitam in *Nepote* legerit.

Ib. l. 27. Γυναῖκα ᾗ ξυγ.] Τὸ τινὰ ex *Ben.* η. inſerui:

rui : mox, *Morellium* ſecutus, ἐπιγράφοντας, & δηλῶντας lego ut ad accuſativum ζωγράφους referatur. Si retineatur nominativus, ſubintelligendum eſt εἰώθασι, a quo regatur infinitivum ξυγγράφειν : deinde βαστάζειν omnino mendoſum eſt, niſi præceſſiſſet ἱστάναι : copulativâ particulâ non ſinente hoc in infinitivo, illud in participio efferri : itaque βαστάζουσαν reſcripſi, a quo facilis erat lapſus in βαστάζειν, tribus literis intermediis, quæ ad finem versûs, uti probabile eſt, ſcriberentur, prætermiſſis, & τῷ α in Diphthongum ει converſo.

P. 57. l. 2. Ἐπὶ τὴν τυραννικὴν οἰκίαν ἐβοήθησε] Tiſophonum, Pitholaum, Lycophronem intelligit, tyrannos apud Pheras conſtitutos: qui, cum tæderet ipſos ſcilicet patriæ Liberatores diutiùs vocari, fratris ſui Alexandri, quem ipſius conjuge adjutrice morte multaſſent, tyrannidem ipſi poſteà reduxerint, Olymp. 106. Ann. 4. *Tourrellus* [Vide Notas, p. 291. conſule etiam *Diod.* l. xvi. & *Xenophon.* lib. vi.]

Ib. l. 11. Μὴ γὰρ οἴεσθε] Omnino conferendus eſt ſimilis locus in Orat. ad Ep. Philipp.

Ib. Schol. l. 1. Αὐτὸν νεμεσήσαντος τῇ] Lego αὐτῷ νεμεσήσαντος ἐπὶ τῇ ἀλαζονείᾳ. & poſteà ἀσθενῆ & ἰσχυρὰν lego, pro ἀσθενὲς & ἰσχυρόν. refertur enim ad δύναμιν, niſi ἔθνος ſubintelligere malis, quòd erit longè petitum. *Wolfius.* [Ego in eo tantùm à *Wolfio* diſcedo, quòd, pro ἀσθενὲς non ἀσθενῆ, ſed ἀσθενεστέραν, reſcripſerim : eam ob cauſam ſcilicet, quoniam comparativo opus eſſe videatur, & ſequatur paulo poſt καί φαμεν ὅτι ἀσθενεστέραν : denique ab eo probabiliùs ortum videtur mendoſum ἀσθενὲς, duabus ultimis ſyllabis prætermiſſis, quàm ab illo altero ἀσθενῆ.

P. 58. l. 3. Καὶ τοῦτο ἐζήλωκε] Τὸ δόξαν λαβεῖν. Nam δόξης ἐπιθυμεῖ præceſſit. *Wolfius.*

Ibid.

Ibid. Προῄρηται πράττων] Decrevit agendo & periclitando, id eſt, rebus gerendis & periculis adeundis, ſi quid acciderit, pati, id eſt, mori non recuſat. Suprà, τοῦτο ἐζήλωκε pro τὴν δόξαν ἐζήλωκε, gloriam admiratur, ſummum bonum in gloria collocat. *Cic.* 1. Offic. de fortitudine agens, *Eſt*, inquit, *in hoc genere moleſtum, quod in maximis animis ſplendidiſſimiſque ingeniis plerunque exiſtunt honoris, imperii, potentiæ, gloriæ cupiditates.* Idem.

Ib. Schol. l. 14. Τὴν ἐμπειρίαν τῶν πολεμίων] Hoc ferri poſſe ait *Wolfius*, malle autem ſe πολέμων vel πολεμικῶν: poſterius magis placet, & probabilius eſt prætermitti literam a librariis quam inſeri, ἐμπειρίαν τῶν πολεμίων nemo unquam, ut opinor, dixerit.

Ib. l. 22. Λάφυρα καὶ τὰ τοιαῦτα] Facilè *Wolfii* ſententiæ accedo, qui aliquid hìc deeſſe ſuſpicatur; cujuſmodi ſit ἀνδράποδα καὶ ὑποζύγια. In ejus Edd. interſeritur ἀνδράποδα, quæ lectio confirmatur a voce τρέφειν paulo pòſt ſequenti.

P. 59. l. 3. & ſeqq. Οὐδ' ὅς' ἂν πορίσωσιν — ἔχοντες διαθέσθαι] *Wolfius* ita hæc vertit: *Neque etiam quæ ſic quæſita tenent, ſuo arbitratu collocare poſſunt.* Peſſimè οὐκ ἔχοντες idem ſonat ac οὐ δυνάμενοι, ut in Scholiaſte eſt. Supra dixit οὔτ' ἐώμενοι. Illud οὕτως a Scholiaſte additum putat.

Sect. VII.

Ib. l. 8. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν Μακεδόνων] Poſtquam & ſociorum & Macedonum fidem in dubium vocavit, etiam mercenarios milites in contemptum adducit. *Wolfius.*

Ib. Schol. l. 2. Ἄλλως] Quæ ſequuntur non agnoſcit *Wolfius*: a Suidâ deſumpta eſſe videntur: ex

quo Ed. Doctiſſ. *Kuſt.* illud παρανοῶν repoſui pro παρών.

P. 60. l. 1. Πεζέταιροι] *Meurſius* Att. Lect. lib. ii. cap. 11. " Qui πεζέταιροι fuerint expediam; " atque initio deſcriptionis varietate omnino mihi " differendum. Certè tripliciter ſcribi apud Auc- " torem animadverto. Πεζαίτερος, Πεζέτερος, & " Πεζέταιρος. Apud Demoſthenem Olynth. ii. " item Harpocrationem, & Suidam, Πεζαίτεροι " exaratum eſt; apud Plutarchum in Flaminio, " Pollucem lib. i. cap. 9. [ſcribe 10.] Sect. 23. " & Heſychium, Πεζέτεροι legitur. Diſputat plu- " ribus de ſcriptione Ulpianus ad citatam Demoſ- " thenis Orationem. Πεσαίτεροι. Πολλαὶ περὶ τούτου " — &c. Quæ totidem verbis tranſcripſit Auc- " tor Etymologici." [In eo autem male hodie legi- tur οἱ μετὰ αὐτῶν, & mox ad finem abeſt vox διάφορος poſt ἡ δὲ γραφή. Eſt autem alter in eodem locus, col. 699. qui videtur *Meurſium* effugiſſe; ubi rectè ſcribitur hoc nomen, aliaque ejus Etymologia profertur. Πεζέταιρος. Δημοσθένης Φιλιππικῶν δευτέρῳ. Καὶ τῶν Μακεδόνων τοὺς πεζεταίρους καλουμένους, ὄντας δὲ ἀπολέκτους, ἔβαλεν εἰς τὴν Ιλλυρίδα ἔχων. Πεζεταίρους εἶναι φασὶν ἀπὸ ὁδοιπορικῶν ἔργων ἑταίρους γεγονότας· οἱ δὲ, τοὺς περὶ τὸ σῶμα τοῦ Φιλίππου φρουρούς. ἦσαν δὲ οὗτοι καὶ πρῶτοι καὶ ἰσχυροί· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πεζῶν. πέζαι γὰρ λέγονται αἱ ὧαι τῶν ἱματίων· ἐπὶ ἔξωθεν περὶ τὸ ἱμάτιον εἰσὶ τετεσκευασμέναι.] " Euſtathius ad " Iliad. δ. [p. 359.] Οἱ Πεζέτεροι τάγμα καὶ αὐ- " τοὶ στρατιωτικόν. ὧν ἡ γραφὴ διάφορος. οἱ μὲν γὰρ ἐν " τρισὶ ψιλοῖς ε γράφονται κατὰ τοὺς παλαιοὺς, στρατιῶ- " ται ὄντες τὴν μὲν μίαν πέζαν ὡπλισμένοι, τὴν δὲ ἑτέ- " ραν γυμνοί. ἄλλοι δὲ τὴν παραλήγουσαν διὰ διφθόγγου " ἔχουσιν, ὡς ἐν πεζοῖς ἑταῖροι ὄντες τῷ ἄρχοντι, διὰ τὸ " ἐν μάχῃ ἀπόλεκτον κατ' ἀνδρίαν ὁποίων φασὶ καὶ Δημοσ- " θένης μέμνηται ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς. ἡ μέντοι ἀναλογία

" γρά-

" γράφει τὴν προπαραλήγουσαν καὶ διὰ διφθόγγου τοῦ λό-
" γου προσαίτερ@, καὶ τῶν ὁμοίων. Expediam paucis
" univerſum hoc negotium. Diverſitas lectionis
" diverſam Etymologiam Grammaticos excogita-
" re coegit. Ac primum Πεζαίτερ@ omninò nauci
" ci non eſt, natum ex confuſione diphthongi. Πε-
" ζέτερ@ aliquam ſpeciem habet, ſed tamen falſa
" eſt Etymologia. Nam, ſodes, quæ eſt ratio,
" ut ab armaturâ tali Πεζέτεροι dici milites debeant?
" Certè Πεζέτερ@ ſecundum Etymologiam eſt, ὁ
" ἑτέραν μόνον πέζαν ἔχων. Vera extra controverſi-
" am omnem ſcriptura eſt, Πεζέταιρ@. Habes
" rationem nominis manifeſtam. Alexander, qui
" in exercitu ſuo illuſtriores eſſent, equitare aſſue-
" fecit, ac Ἑταίρους appellavit: ignobiliores, pedeſtri
" militiæ aſſignatos & in cohortes decuriaſque
" diſtributos, Πεζεταίρους nominavit; ut nominis
" honore, quo ſocios eos indigitabat, quemadmo-
" dum Imperatores Romani *Commilitones*, alacrio-
" res promptioreſque ad capeſſenda militiæ munia
" efficeret. Anaximenes Φιλιππικῶν lib. 1. ubi de
" Alexandro loquitur: Ἔπειτα τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους
" ἱππεύειν συνεθίσας, ἑταίρους προσηγόρευσε· τοὺς δὲ πλεί-
" στους, καὶ τοὺς πεζοὺς, εἰς λόχους, καὶ δεκάδας, καὶ τὰς
" ἄλλας ἀρχὰς διελὼν, πεζεταίρους ὠνόμασεν. ὅπως ἑκάτε-
" ροι, μετέχοντες τῆς βασιλικῆς ἑταιρίας, προθυμότατοι
" διατελῶσιν ὄντες. Præclarum optimi ſcriptoris
" fragmentum, quod Harpocration nobis repræ-
" ſentat in Πεζαίτερ@; & ex eo, ut ſolet, Suidas.
" Sed corruptè quoque illic hodie editur Πεζαυτέρους
" pro Πεζεταίρους. Non dubito, quin meam de
" hujus dictionis ſcripturâ ſententiam facilè viris
" doctis ſim probaturus.

Ibid. Πεζέταιροι] Per hanc vocem *Tourrellus* Phalangem Macedonicam intelligit, cujus auctor extitit Philippus. De eâ *Diod.* lib. xvi. prope initium de

Philippo

Philippo loquens: ἐπενόησε ϑ' καὶ τὴν τῆς Φάλαγγος πυκνότητα, καὶ κατασκευὴν, μιμησάμενος τὸν ἐν Τροίᾳ τῶν Ηρώων συνασπισμόν· καὶ πρῶτος συνεστήσατο τὴν Μακεδονικὴν Φάλαγγα. *Novam quoque condenſati agminis ſtructuram excogitavit, uſitatam Heroibus ad Trojam clypeorum conſertionem imitatus. Primuſque adeo Phalangis Macedonicæ concinnator eſt.* Vide *Euſtath.* ad Il. ν. ver. 26. Eâ nihil unquam fuit in bello terribilius, ut ex plurimis diverſorum auctorum locis diſcimus, tum verò præcipuè ex Polybii fragmento, p. 1015. ubi de L. Æmilio Paulo hæc habet: ἀνθωμολογεῖτο πρός τινας τῶν ἐν τῇ Ρώμῃ μηδὲν ἑωρακέναι φοβερώτερον Μακεδόνων φάλαγγος. Nondum autem ſub Philippo autore ad ſummam ejus perfectionem acceſſerat: quare minus παράδοξον in Demoſthene videatur eam tantopere extenuare. In Orat. ad Ep. Phil. p. 90. ubi ferè eadem repetit, habet τοὺς ϑ' περὶ αὐτὸν ὄντας ΕΤΑΙΡΟΣ καὶ τοὺς τῶν ξένων ἡγεμόνας εὑρήσετε δόξαν μὲν ἔχοντας ἐπ' ἀνδρίᾳ, περιδεῶς ϑ' μᾶλλον τῶν ἀδόξων ζῶντας.

Ib. l. 2. Συγκεκροτημένοι τὰ τοῦ πολέμου] Δεινοὶ πολεμισταὶ, *Heſychius*, συγκροτεῖν. συμπράττειν, συνάγειν. *Suidas*, αὔξειν, συνιστᾶν, συνιδεῖν. πρὸς ἁρμονίαν ἄγειν, συνέχειν συμπράττειν. *Varinus*, ἐπὶ τῶν χαλκέων κυρίως, καὶ ὑπὸ τούτου, ἐπὶ τῶν συμφωνούντων. συγκροτεῖν δύναμιν, *cogere copias*. συγκεκροτημένοι, ἐσκευωρημένοι, συνεσκευασμένοι. Videtur non tam fortitudinem & peritiam rei militaris (etſi has quoque) quam concordiam & mutuas operas ſignificare. *Wolfius.*

Ib. l. 6. & ſeqq. Εἰ μὲν γάρ τις —— τούτους μὲν φιλοτιμίᾳ πάντας ἀπωθεῖν] Quin & ipſe Philippus plus ſe lætitiæ ex proſpero ſtratagemate, quam ex quâlibet victoriâ, capere fatebatur. *Diod.* l. xvi. *Quicquid ex Stratagemate honoris eſt, eum,* inquit, *totum mihi vendico; at vero quum feliciter pugnatum ſit, in ejus gloriæ ſocietatem milites noſtri & duces*

ſe

ſe offerunt. Polyæn. l. iv. c. 2. Legimus eum in duces ſuos eo magis præ invidiâ injurium fuiſſe, quo ipſi illuſtriores ſe præbuerint: quod vitium humile prorſus & malignum neque ipſe effugit Alexander. Urebatur ſcilicet nimio Perdiccæ, Lyſimachi, Seleuci, Antigoni fortitudinis fulgore, odioque habebat ipſorum fortunam nimis proſperam. [*Æl.* Var. Hiſt. l. xii. c. 16.] *Tourrellus.* [Vide iterum Demoſthenis locum ſupra citatum.]

Ib. l. 7. Οἷος ἔμπειρος] Τοιοῦτος οἷος, id eſt, εἴ τις ἔμπειρός ἐστι πολέμου. Elegantis Pleonaſmi ſpeciem habet. Sic paulo pòſt, τοιούτους οἵους μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι, id eſt, τοὺς οἰχουμένους ἐπειδὰν μεθυσθῶσι. *Wolfius.*

Ib. Schol. l. 3. Ξενικά τινα στρατεύματα] *Wolfius* deeſſe hìc aliquid ait, cujuſmodi ſit ἔχει εὐνοοῦντα. Atqui faciliùs, ideóque veriùs, ſanari poteſt locus, mutato tantùm οὖν in οὐ, ut referatur ad οὕτως ἔχουσιν.

Ib. l. 17. Παρ' αὐτοῖς στρατιώταις] Fortaſſis παρ' αὐτοῦ στρατιῶται. *Wolfius.* [Et ſic quidem *Ben.* η. *Etymol.* & *Meurſ.* loco ſupra citato, παρ' αὐτοῖς στρατιῶται.]

Ib. l. 29. Φυλάττωσιν αὐτόν] Scilicet οὕτω καλεῖσθαι. *Wolfius.*

Ib. l. 38. Ἡ γενικὴ] *Benenatus* ita habet: ἡ γενική· ἡ εὐθεῖα· in *Wolfio* ἡ γενική non leguntur. Fortaſſis legendum eſt ἡ γενικὴ, ἀπὸ τῆς εὐθείας οὐδεὶς, οὐδενός.

P. 61. l. 4. Εἰ δέ τις σώφρων] Propoſitio eſt, Satellites nihilo præſtantiores eſſe aliis. Confirmatio conſtat remotione partium: 1. Viri fortes pelluntur ex æmulatione. 2. Viri modeſti negliguntur. Reſtant igitur latrones, adulatores, ludiones, ſcurræ, fæx & ſentina hominum. *Wolfius.*

Ib. l. 7. Κορδακισμοὺς] Hujuſce ſaltationis mentionem facit Comicus in *Nub.* ver. 540. οὐδὲ κόρδακ' εἵλκυσεν, ad quæ verba ita Scholiaſtes: τρία εἴδη ὀρχήσεως,

χήσεως, Εμμέλεια μὲν Τραγική· Σικιννὶς Σατυρική· Κόρδαξ Κωμικὴ, ἥτις κινεῖ αἰσχρῶς τὴν ὀσφύν. Tres hæ celeberrimæ erant apud veteres ſaltationis ſpecies: præter has autem aliæ bene multæ; de quibus omnibus conſule *Pollucem* lib. iv. cap. 14. *Jul. Cæſ. Scalig.* de Comœdiâ & Tragœdiâ cap. 14. *Jul. Cæſ. Buleng.* de Theatro lib. i. cap. 52. *Palmerius* ad Ariſtophanis locum citatum: "Ex his "patet quam antiquus ſit mos ſaltationum impu-"dicarum. Nam & ſaltatio, quæ Κόρδαξ dicitur, "in Græciam ex Aſiâ jam a Pelopis tempore ve-"nerat, ſi fides Pauſaniæ in *Heliacorum* 2. Ὅτι οἱ "τοῦ Πέλοπος ἀκόλουθοι τὰ ἐπινίκια ἤγαγον παρὰ τῷ Θεῷ "ταύτῃ, καὶ ὠρχήσαντο ἐπιχώριον τοῖς περὶ τὸν Σίπυλον "ὄρχησιν. Tyrii ſorte, ex Aſia eam accipientes, "Gades & Bæticam uſque eam attulerunt; ubi "invaluit, teſte Martiali:

"*Edere laſcivos ad Bætica cruſmata geſtus,*
"*Et Gaditanis ludere docta modis.*

"Et mirum eſt, eam adhuc durare in iis partibus "ubi ſub nomine *Sarabandæ* frequentatur: & in-"de mos ad nos uſque fluxit, & vox etiam Hiſ-"panica nunc obtinet. Olim verò eam ſaltatio-"nis ſpeciem proavi noſtri vocabant Gallicâ voce, "*une gaye antiquaille*: ſcilicet ob ejus antiquitatem "& laſciviam."

Ib. l. 8. Παρεωρᾶσθαι καὶ ἐν οὐδενὸς εἶναι μέρει τὸν τοιοῦτον] *Laud. Barocc.* & *Pith.* παρεῶσθαι habent: & ſic etiam *Ald.* Aſteriſco tamen præfixo, & inter varias lectiones παρεωρᾶσθαι exhibito; quæ certe germana lectio eſt, quamque Scholiaſten etiam agnoſcere ſatis manifeſtum eſt, quamvis in eo corruptè legatur παρεῶσθαι. *Athenæus* lib. vi. p. 260. ex Theopompo: Φίλιππος τοὺς μὲν κοσμίους τὰ ἤθη καὶ τοὺς τῶν ἰδίων ἐπιμελουμένους ἀπεδοκίμαζε· τοὺς δὲ πολυτελεῖς, καὶ ζῶντας ἐν κύβοις καὶ πότοις ἐπαινῶν ἐτίμα· τοιγαροῦν οὐ

μόνον

μόνον αὐτοὺς τοιαῦτα ἔχειν παρεσκεύαζεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης ἀδικίας καὶ βδελυρίας ἀθλητὰς ἐποίησεν. τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν ἢ δεινῶν αὐτοῖς οὐ προσῆν, ἢ τί τῶν καλῶν καὶ σπουδαίων οὐκ ἀπῆν; * * * * *
* * * * * * * *

πρὸς δὲ τούτοις ἀντὶ μὲν τοῦ νήφειν, τὸ μεθύειν ἠγάπων· ἀντὶ δὲ τοῦ κοσμίως ζῆν, ἁρπάζειν καὶ φονεύειν ἐζήτουν. καὶ τὸ μὲν ἀληθεύειν καὶ ταῖς ὁμολογίαις ἐμμένειν οὐκ οἰκεῖον αὐτῶν ἐνόμιζον· τὸ δ' ἐπιορκεῖν καὶ φενακίζειν, ἐν τῷ σεμνοτάτῳ ὑπελάμβανον. Dalechampio interprete : *Philippum modeſtos homines, bene moratos, & ad rem familiarem attentos contempſiſſe, ſumptuoſos autem, in compotationibus aleâque vitam traducentes, collaudaſſe, & honoraſſe: nec tantam iis vitiis ut operti forent adcuraſſe, ſed etiam ut aliorum generum improbitatis ac injuſtitiæ eximii propugnatores & athletæ periti forent. Ecquid enim turpe vel ſceleſtum ab illis abfuit? quid contra honeſtum probumve adfuit?* * * * * * * *
* * * * * * * * *

Præterea ſobrietatem ii peroſi temulentiæ dediti fuere: ab omni modeſtia prorſus alieni, quos rapinis ſpoliarent, & trucidarent, inveſtigabant: vera loqui, & pacta ſervare ſe indignum eſſe credebant: alios contra decipere, & pejerare, arbitrabantur eſſe maximè laudabile.

Ib. Schol. l. 28. Τοῦτο βίον] Sic rectè legi putat *Wolfius*; ut intelligas autoris verba τὴν καθ' ἡμέραν ἀκρασίαν, quo ſenſu ipſe viderit. Nos, *Morellium* ſecuti, nullâ dubitatione τοῦτον emendavimus. Niſi fortè ſubintelligere placeat præpoſitionem κατὰ, ut τοῦτο βίον ſignificet, *id genus vitam.*

P. 62. l. 2. Κόλακας] Rei amplificandæ ſtudium quavis in natione iſtiuſmodi homines circa ſolium gregatim cogit. Suos Philippus habuit, eoſque regificè muneratus eſt. Thraſydæus coronam eâ arte

arte ſuæque gentis in Theſſaliâ imperium eſt adeptus. Quid Cliſopho, qui omnes planè exuperavit, ex eâ rediit, equidem ignoro. Ille ad magiſtrum ſuum ſingulis in rebus fideliter imitandum totum ſe compoſuit. Itaque coclitem ègit, cum Philippus oculo damnatus eſſet ad Methonam: rurſus cum crus oblæſum regi ac luxatum fuiſſet, eòdem crure claudicavit. Denique nihil aut edere aut bibere Philippus poterat, quod palato diſpliceret, quin ad ipſius vultûs ſimilitudinem ſuum quoque Cliſophus contraheret. Servum eum natura fecerat, adulatio reddidit ſimiam. Nonnunquam facetias affectavit; aliquando increpante eum Philippo, quòd ſemper aliquid peteret: *Quare*, inquit, *tua erga me beneficia ea obliviſcendi tempus mihi concedunt?* Alias, quum Philippus in eum acritèr jocatus eſſet, *Apage*, inquit, *jocos, ſi vis apud me quotidianæ menſæ jus habere.* [Græca ſunt σκώπτοντος δ' αὐτὸν τοῦ Φιλίππου καὶ εὐημεροῦντες, εἶτα οὐκ ἐγώ σε, ἔφη, θρέψω. Quæ neque *Dalecampius* interpres, neque *Tourrellus* rectè cepit. Iſta οὐκ ἐγώ σε θρέψω legenda ſunt cum interrogatione, & ſententia in hunc modum vertenda: *Cum Philippus dicterio eum petiiſſet, ac plauſum tuliſſet: Quis neget,* inquit, *ô rex, æquum jam eſſe ut Ego Te alam?* quando ſcilicet ita felix es in dictis dicendis & ridiculis excogitandis. Εὐημερεῖν theatrorum proprium eſt vocabulum, de iis dici ſolitum quibus favetur. In eo verbo ſita totius ſententiæ hujus argutia: quia τὸ εὐημερεῖν in ridiculis proprium paraſiti. Vide *Caſaub.* Animad. in Athen. l. vi. c. 12.] Libera iſtiuſmodi conſuetudo Philippum recreabat, quum aut bellicis laboribus fatigaretur, aut majeſtatis ſatietatem ex animo expuere vellet.

Atqui, licet aſſentationis amans eſſet, veritati tamen haud erat infenſus. Ariſtoteli ſæpiùs de arte

reg-

regnandi cum eo differenti patientem aurem præbuit; quin oratoribus Athenienſibus haud mediocritèr devinctum ſe prædicabat, quippe qui ex acribus ipſorum expoſtulationibus melior quadantenus evaſiſſet. Puerum a domeſticis habebat, qui antequam adiret eum quiſquam, quotidie proclamaret: *Philippe, Hominem eſſe te memento. Æl.* Var. Hiſt. l. viii. c. 15. Arcadion Achæus tam acerbum odium eum conceperat, ut vel ultrò exularet, quò ipſius fugeret aſpectum. Accidit forte ut Philippus Delphis obviam ei iret, quo conſpecto, *Quamdiu profugiturus es*, inquit, *ô Arcadion?* Reſpondit Arcadion:

Εἴσοκε τȣ̀ς ἀφίκωμαι, οἳ οὐκ ἴσασι Φίλιππον.

Quoad ad eos pervenerim, quibus Philippus ignotus ſit.

Alludens ſcilicet ad hunc Homeri verſum:

Εἴσοκε τȣ̀ς ἀφίκηαι, οἳ ȣ̓κ εἴσασι θάλασσαν.

Quoad ad eos perveneris, qui maris ignari ſint.

Ad acre hoc reſponſum riſit Philippus, atque Arcadionem ad cœnam invitavit. Deinde diuturna inter eos interceſſit amicitia. *Tourrellus.*

Ib. l. 7. Θαυματοποιῶν] *Thaumatopœi* ſeu *mirifici* dicti ſunt homines projectæ audaciæ, qui ſummo vitæ periculo ſtupenda in vulgus patrarent, per rotas & ignes ſe trajicerent, tenuiſſimis & adverſis funibus currerent, ingentia onera ſupra hominis vires portarent, in immenſam altitudinem mergerentur & ſine ullâ reſpirandi vice maria perpeterentur: cum aliis id genus multis, quibus homines obſtupeſcerent, & quodammodo conſternarentur. Vide *Buleng.* de Theatro, lib. i. cap. 36. & ſeqq. Æl. var. Hiſt. lib. viii. c. 6. & *Athen.* paſſim.

Non-

Nonnulli Proteum præſtigiatorem fuiſſe autumant. Vid. *Euſtath.* in Odyſſ. δ'. p. 176. ad hos verſus:

> Πάντα δὲ γινόμενος πειρήσεται, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
> Ἑρπετὰ γίνονται, καὶ ὕδωρ, καὶ θεσπιδαὲς πῦρ.

Ib. l. 8. Καὶ τοιούτους ἀνθρώπους μίμους γελοίων καὶ ποιητὰς αἰσχρῶν ᾀσμάτων] Theopompus Philippo adhuc eſt iniquior; atque adeò a Demoſthene omnem exaggerationis ſuſpicionem removet. Philippus, uti is narrat, ſaltatoribus, muſicis, aliiſque ſimilibus, nunquam non ſtipatus fuit. Neceſſarii ac familiares ejus non virtutis aut probitatis reſpectu delecti, ſed ut è barbaris aut Græcis quiſque petulans fuit, impurus, moribus audax, in Macedoniam certatìm confluentes amici Philippi vocabantur. Quod ſi quis ad eum non tam perverſis moribus veniſſet, pravâ tamen conſuetudine cæteris paulatim ſimilis evaſit. *Athen.* l. iv. 6. [& 10.] Quin & urbs erat versùs Thraciam, Πονηρόπολις, ſive *perditorum hominum civitas,* meritò quidem hoc nomine indigitata, quum eò Philippus Sycophantas, perjuros teſtes, proditores, alioſque homines ſceleratiſſimos, numero bis mille, undequaque collegerat. *Theopom.* rer. Philipp. l. xiii. *Plut.* in Com. de Curioſit. Quamvis autem ſannionibus ac mimis delectaretur, nihilominus delicatiores facetias mirè calluit. Menecrates medicus, eò ſuperbiæ elatus, ut ſe ipſum Jovem appellaret, litteris ad Philippum miſſis ſic inſcripſit, *Philippo Menecrates Jupiter ſalutem.* Ad ea reſcripſit Philippus: *Philippus Menecrati ſanitatem.* Neque verò hìc quievit, verùm ejus inſaniæ curandæ lepidam ſane rationem iniit. Splendidum convivium inſtruxit; atque ei ad epulas vocato ſeorſum lectum apparari juſſit. Cæteris convivis lautiſſimè epulantibus, nihil Menecrati appoſitum eſt præter acer-

acerram & odores. Quà ille divinitatis ſuæ recognitione primò quam maximè delectatus hominem ſe eſſe prorſus obliviſcebatur; quum verò obrepens fames id in animum revocaret, conſurgens ſubitò diſcedebat, inſalutatis hoſpitibus, quippe qui nimiùm riſerant Deum, cui manducare neceſſe erat ad vitam ſuſtentandam. *Æl.* Var. Hiſt. lib. xii. cap. 51. [& *Athen.* lib. vii. p. 289.] *Tourrellus.* [conſulas Polybium, pag. 1375, & ſeqq. Ed. *Gronov.* a quo Theopompus valde reprehenditur, atque alia omnino Philippi ejuſque comitum pictura exhibetur. Idem p. 1391. de Philippo hæc habet, quæ juſtiſſimam ſanè ejus regis deſcriptionem continere videntur. Ὅτι Φιλίππȣ ἔτ' ἀγαθὰ μείζω τις σχοίη πρὸς βασιλείαν ȣ̓δεὶς τῶν πρότερον, ȣ̓δὲ κακὰ τȣ́τȣ τοῦ βασιλέως. Καί μοι δοκεῖ τὰ μὲν ἀγαθὰ φύσει περὶ αὐτὸν ὑπάρξαι, τὰ δὲ κακὰ προβαίνοντι κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιγενέσθαι, καθάπερ ἐνίοις ἐπιγίνεται γηράσκȣσι τῶν ἵππων. Caſaubono interprete: *Nemo è ſuperioribus regibus plures virtutes Philippo, nemo eodem plura vitia ad regnum attulit. Ac mihi videntur virtutes quidem a naturâ ei inſitæ fuiſſe, vitia verò proceſſu ætatis acceſſiſſe, quemadmodum ſeneſcentibus equis evenire ſolet.*]

Ib. Schol. l. 25. Δεξάμενος] F. δειξάμενος, id eſt, uno probato, probatum eſſe voluit, quales cæteri omnes eſſent, ſicut *Virgilius:*

Accipe nunc Danaûm inſidias, & crimine ab uno
Diſce omnes——&c. *Wolfius.*

P. 63. l. 7. Αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη] Eadem fere repetit in Oratione ad Philippi epiſtolam, pag. 90. *Salluſtius* Hiſtor. lib. i. p. 12. Ed. *Waſſe*, ita hanc ſententiam imitatus eſt: *ſecundæ res mirè ſunt vitiis obtentui. Seneca* controverſiâ XXIV. p. 172. eam Thucydidæ tribuit; legit autem pro τοιαῦτα ὀνείδη,

ἑκάςων ἁμαρτήματα, deque eâ his verbis diſſerit: *Cum ſit præcipua in Thucydide virtus brevitatis: hâc eum Salluſtius vicit, & in ſuis illum caſtris cecidit. Nam in Sententiâ Græcâ tam brevi habes, quæ ſalvo ſenſu detrahas: deme vel ζυγχρύψαι, vel ζυσκιάσαι, deme ἑκάςων, conſtabit ſenſus, etiamſi non æquè comptus, æquè tamen integer. At ex Salluſtii ſententiâ nihil demi ſine detrimento ſenſûs poteſt.* Vide in eum locum *Nic. Fabritium* & *Schottum.*

Ib. l. 9. Πταίσειε] *Pith.* & *Ben.* ε. η. θ. πταίσει: mox cæteri editi, & *Voſſ.* & *Ben.* α. β. αὐτȣ̃ ταῦτα.

Ib. Schol. l. 6. Αναγκαίως] Αναγκαῖον ex *Wolfio* emendavi, qui mox, addendum fortaſſis, ait, βασιλικῶν ante ἠθῶν καὶ παθῶν. Quanquam ferri poſſit etiam ἀναγκαίως.

Ib. l. 12. Σώφρονος] Puto Σώφρονος eſſe proprium nomen, ut apud nos ſunt Mimi Publiani; digniſſimi qui ediſcantur ab omnibus. Diogenes in vitâ Platonis meminit, Σώφρονος τȣ̃ μιμογράφȣ. Niſi forte ζώφρονες legendum, & illi [potiùs nonnulli] Mimi ſunt modeſti. *Wolfius.* [Si ζώφρονος pro nomine proprio accipiatur (quod tamen juxta *Benenati* editionem fieri non poteſt, quippe quæ conſtanter nomina propria diſtinguit lineâ tranſverſâ ſuperpoſitâ, quæ hìc non apparet) hiulca erit ſententia, niſi ſubintelligas σπȣδαίοιν, quod duriuſculum videtur. In *Wolfii* quidem Editt. hodiè legitur ea vox, unde petita non conſtat: quod in iis ſæpiſſimè uſu venit. Ideo ζώφρονες excudendum curavi, & ſic bene ſe habet ſententia, poſteà autem veram hujuſce loci lectionem apud *Bulengerum* deprehendi; qui lib. i. de Theatro, cap. xlix. de Mimis, hæc habet. *Mimi honeſtiori loco fuere quàm planipedes (quanquam & ipſi plerumque obſcœni) quibus* ἠθολόγων *Graeci appellationem attribuerunt,*

buerunt, quia dicta & facta hominum ita imitarentur, ut actionem ſuam gravitate ſententiarum jocis interpoſitis condirent. Cic. ii. de Orat. *Mimorum eſt ethologorum, ſi nimia eſt imitatio, ſicut obſcœnitas.* Mimorum igitur alii fuere ridiculi & obſcœni, alii graves ethologi. Ulpian. 2 Olynth. οἱ μίμοι Σώφρονος ποιητοῦ σπουδαῖοί εἰσι· ἄλλοι δὲ μίμοι γελοίων. Vide plura ibidem de Sophrone, & de Mimis in genere.]

P. 64. l. 1. Αν οἵτε θεοὶ θέλωσι] Pia & prudens appendix, cum favore numinis auditorum induſtriam conjungens, ut ſequatur eventus. *Idem.*

Ib. l. 2. Ωσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν] Eadem ſimilitudo iterum occurrit in Orat. ad Epiſt. Philip. p. 90. *Voſſ.* non agnoſcit vocem ἡμῶν.

Sect. VIII.

Ib. l. 12. Εἰ δέ τις ὑμῶν] Ademit Philippo fidem ſociorum & Macedonum, ademit bellicoſos milites, ademit ſobrietatem & ſanam mentem, ſolâ fortunâ relictâ. Quæ cum & ipſa vel una teneat Athenienſes: primùm conceſſione utitur. Deinde ſuorum civium fortunam Philippicæ anteponit, & ignaviam quæ illis obſtet, repudiare eos jubet, vel hoſtis exemplo, non tam fortunati, quàm laborioſi atque induſtrii. Nihil ergo illi obſtitit ebrietas, aut non tanta tamque crebra fuit, quantam fecit Demoſthenes. *Wolfius.*

Ib. Schol. l. 16. Ἐπὶ τρίτον ἀπὸ τύχης] Ἐπὶ τὸ τρίτον, τὸ περὶ τῆς τύχης lego. *Idem.*

Ib. l. 17. Καθολικὴ] Addendum cenſeo ἀντίθεσις, & tamen etiam ſic conſtructio ſatis turbata erit, niſi aut addas ἔδειξεν ἓν, aut initio periodi legas, ἀπὸ γάρ ἐστιν ἡ μὲν πρώτη. *Idem.*

Pag. 65. l. 4. Μεγάλη γὰρ] Hanc ſententiam *Cic.* eleganter 2 Off. interpretatus eſt: *Magnam vim eſſe in fortunâ in utramque partem, vel ſecundas ad res, vel adverſas, quis ignorat? Nam & cùm proſpero ejus flatu utimur, ad optatos exitus pervehimur: & cùm reflavit, affligimur.* Plin. etiam lib. ii. cap. 7. *Fortunæ omnia expenſa, omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, ſola utramque paginam facit.* Idem. [Demoſthenes, non orator modò ſummus, verum etiam philoſophus, omnem prorſus rerum humanarum rectionem ac gubernationem fortunæ tribuit. Quid autem fortunæ nomine intelligat, ipſe paulo poſt docet. Cum enim dixiſſet, ſi quis ſibi optionem daret, malle ſe Athenienſium fortunam, quàm Philippi: cauſam ſubjiciens, cur eo ſit animo, ait plura videre ſe in Athenienſibus, quæ ad conciliandam deorum benevolentiam valeant, quàm in Philippo: Πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ὑμῖν ἐνούσας, ἢ ἐκείνῳ. Ecquid videtur apertè profiteri, ſe fortunæ proſperitatem in divinâ benevolentiâ ponere? Vide *Muretum*, a quo hæc mutuati ſumus, in *Cicer.* primam contra Catilinam, pag. 621. Ed. *Græv.* qui ibi prolixè docet, fortunam veteres nihil aliud quàm divinam voluntatem vocâſſe. Demoſthenes eadem repetit in Orat. in Epiſt. Philipp. p. 90. ubi legitur Τὸ ὅλον ἡ τύχη, ſicuti & hìc in *Voſſ.* & *Ben.* ε. η. θ. In oratione autem de Pace clarius indicat ſe fortunæ nomine divinam Providentiam intelligere: dicit enim,—δι' εὐτυχίαν, ἣν συμπάσης ἐγὼ τῆς ἐν ἀνθρώποις οὔσης δεινότητος καὶ σοφίας ὁρῶ κρατοῦσαν.

Ib. l. 7. Δοίη] *Barocc.* & *Ben.* α. β. δῴη. Mox *Ald.* ἡμῶν.

Ib. l. 10. Πολὺ γὰρ πλείους—] Ob iſtius ſcilicet perjuria. Ageſilaus Barbaris, quibus jusjurandum violare

violare religio non erat, gratias agere ſolitus eſt. *Bene, bene eſt*, inquit, *Perjuri iſti Deos nobis amicos & auxiliares reddunt.* Æl. Var. Hiſt. lib. xiv. Corn. Nep. in Ageſil. *Tourrellus.*

Pag. 66. l. 1. & ſeqq. Καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες. Οὐκ ἔνι δ' αὖ τ' ἀργοῦντα—] *Pith.* αὐτὸν ἑαυτοῦ ἀργοῦντα. *Ben.* etiam β. η. θ. αὐτόν. *Salluſtius* in oratione Catonis, p. 177. Ed. *J. Waſſe.*—*Inertia & mollitia animi, alius alium expectantes, cunctamini, videlicet diis immortalibus confiſi, qui hanc rempublicam in maxumis ſæpe periculis ſervavere. Non votis, neque ſuppliciis muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene conſulendo, proſperè omnia cedunt: ubi ſocordiæ tete, atque ignaviæ tradideris; nequicquam deos implores, irati infeſtique ſunt.* Terent. Adelph. IV. 5. 59. *Quid? credebas, dormienti hæc tibi confecturos Deos?* Eodem ſenſu, quo hìc & alibi paſſim Demoſthenes καθήμεθα dixit, Latini verbum *ſedere* uſurpant. *Virgil.* Æn. xii. 15. ſedeant *ſpectentque Latini?* Terent. Adelph. iv. 5. 38. *an* ſedere *oportuit Domi Virginem tam grandem? Cic.* ad Tironem lib. xvi. 2. 2. *His ventis iſtinc navigatur, qui ſi eſſent, nos Corcyræ non* ſederemus.

Ib. l. 8. Πυνθανομένων] Scilicet λέγεταί τι καινόν; Vide ſupra pag. 14. & Notas p. 231.

P. 67. l. 1. Ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων] Vide ſupra pag. 6, & notas pag. 220. Conferas etiam Iſocratem Orat. de Pace, p. 356. Ed. *Battie*, & ejus Panegyricum.

Ib. l. 9. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ζεστώκατε] Hæc petantur ex Iſocratis Panegyrico & Panathenaico. *Wolfius.*

Ib. l. 10. Καθ' ἕνα αὐτῶν ἕκαστον ἐν μέρει] *Wol.* delet ἕνα αὐτῶν.

Ib. l. 12. Ταῦτα θαυμάζω] Emphatica repeti-

 tio,

tio, occaſionem præbens expoſitionis perverſæ adminiſtrationis rerum. *Wolfius.*

P. 68. l. 7. Ταῦτα] Malim ταὐτά. Mox in nonnullis pro νυνὶ legitur καὶ νῦν. Deinde in *Wolfio* tranſponuntur ἅπας ὁ χρόνος.

Ib. Schol. l. 13. Καὶ τάδε κατορθώσειν] Rectiùs *Wolfius* καὶ τάδε καὶ τάδε legit, idque confirmatur a præcedente τάσδε καὶ τάσδε.

P. 69. l. 2. Ρᾷον ἔχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι] *Salluſt.* in oratione Cæſaris, ſub finem: *Profecto virtus atque ſapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quàm in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.*

Sect. IX.

Ib. l. 8. Μηδένα αἰτιᾶσθαι] Tranſlatio culpæ in ipſos accuſatores. *Wolfius.*

Ib. l. 13. Προφάσεις δ' ἀφελεῖν] Scilicet τῶν ϛρατηγῶν. Curandum ne quid de veſtrâ ceſſatione queri poſſint duces: quorum & contumaciam & avaritiam ita perſtringit, ut quodammodo excuſet. *Idem.*

Ibid. Τὰ καθ' ὑμᾶς ἐλλείματα] F. τὰ καθ' ὑμῶν ἐγκλήματα: quo ſenſu *Tourrellus* in verſione Gallicâ hunc locum interpretatur; *enfin oſter à ceux-ci tout prétexte de recrimination.* Sed cum omnes libri conſentiant, & bene habeat recepta lectio, nihil temerè mutari velim; tantùm conjecturam meám in medium affero.

Ib. Schol. l. 10. Τί δέ φασιν] Sententia omnino poſtulat ut pro τί legamus τινὲς, cujus ultima ſyllaba facilè potuit prætermitti; atque ita corrigendum *Wolfius* admonuit.

Ib. l. 20. Εἰς θεωρικὴν κατέχετε] *Wolfius* legi vult θεωρίαν, quod diſplicet. Si aliquid mutandum ſit, (quod

(quod minimè opus eſt, ſubintelligi enim poteſt χρείαν, ut ſæpe,) mallem θεωρικόν.

P. 70. l. 5. & ſeqq. Τȣτον μὲν φεύγειν τὸν πόλεμον πάντας ὅσȣς ἂν ἐκπέμψητε ϛρατηγȣς, ἰδίȣς δ' εὑρίσκειν πολέμȣς] Chares primo anno Olympiadis centeſimæ ſextæ, ut ſtipendia militibus erogare poſſet, Artabazo, rebelli Aſiæ minoris Satrapæ, quum tamen hoc illi in mandatis haud eſſet, auxilio ivit: & ab eo pecuniæ ſummam accepit, quæ ad hanc rem ſufficeret. *Diodor.* l. xvi. *Tourrellus.* [Pro *Artabazo* debuit dicere *Pharnabazo.* Vide Notas ſupra p. 248.]

Ib. l. 7. Ἰδίȣς εὑρίσκειν πολέμȣς] Sicut Chares, omiſsâ Amphipoli, inſulares oppugnavit. *Wolfius.* [Quâ de re conſulas Arg. Iſocratis Orationis de Pace. Pro ἰδίȣς *Wol. Barocc.* & *Ben.* γ. θ. ἰδίᾳ legunt.]

Ib. l. 13. Μισθὸς δ' ȣ̓κ ἔϛιν] Poteſt intelligi vel de Athenienſium negligentiâ, qui ſtipendia non mittant, vel (quod magis probo) de ducibus & militibus, qui, non contenti ſtipendiis, prædam etiam deſiderent. Pòſt dicet, ἀδύνατον δ' ἄρχειν ἀμίσθων. *Idem.*

Ib. Schol. l. 24. Ὑπὲρ αὐτῆς τῆς πόλεως] Non ſatis Græcum: conſtanter enim verbum λειτȣργέω dativum regit. Igitur cum *Wolfio* lego τῇ πόλει, ut τὸ αὐτῆς ad τὸ φύλη referatur. Ita etiam melior, ut videtur, erit ſenſus: ſic infra εἰσέφερον γὰρ οἱ πλȣσιώτεροι ὑπὲρ αὐτῶν. *Petitus* in leg. Att. p. 270. totum hoc Scholion ita legit uti nos ipſum edimus.

P. 71. l. 1. & ſeqq. Ἐκεῖ δὲ, κίνδυνοι μὲν ἐλάττȣς, τὰ δὲ λήμματα τῶν ἐφεϛηκότων καὶ τῶν ϛρατιωτῶν. Λάμψακος, Σίγειον] Artabazus duabus regni ſui urbibus Charetis officia remuneratus eſt. Lampſaco Aſiæ minoris urbe, quam Artaxerxes Logimanus Themiſtocli donarat, unde vinum ſumeret: [*Corn. Nep.* in Themiſt. *Strab.* l. xiii. *Thucyd.* l. 1.] ac

Sigeo, alia Aſiæ minoris urbe in Troade. Illic, ſi Ciceroni atque aliis fides habenda ſit, Alexander, cum ad Achillis tumulum adſtitiſſet, exclamavit; *O fortunate adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris!* Et verè: Orator Romanus addit: *Nam niſi Ilias illa extitiſſet, idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruiſſet.* L. v. Ep. 12. ad Fam. [Locus eſt in Orat. pro Archiâ poetâ.] Solinus tamen, Mela, & Plinius, Achillis tumulum alibi ponunt. *Tourrellus.*

Ib. l. 4. Τὰ πλοῖα ἃ συλῶσιν] Chares, cum deberet claſſem cui erat præfectus ad uſus Reipublicæ adhibere, ad Decarem [*ſcribe* Deiarem] Deipyrum & Polyphontem, qui in Ægeo mari piraticam faciebant, tranſiit, cumque iis in latrociniorum ſocietatem ſe contulit. *Æſchin.* de fal. leg. [p. 406. in *Wolf.* Ed. Demoſth.] Ei, cum piraticam exercendi conſilium iniret, in mandatis erat Amphipolim recipere. Quamobrem Demoſthenes in Amphipoli potius quàm locis aliis omnibus operæ Athenis prorſus infructuoſæ exemplum ſubjecit. Delatus Chares, atque in jus citatus, ſe ſubduxit; aliquanto autem poſt iterum comparuit, ac, in tantum prævaluit ipſius factio, exercitibus denuò præfectus eſt. *Idem.*

Ib. l. 8. Δόντες λόγον] Λόγον διδόναι generaliter ſignificat, *rationem reddere* & *cauſam dicere*: Aliquando eſt *dicendi & cauſam orandi locum dare.* In utroque ſenſu Demoſthenes λόγον διδόναι, dixit, & λόγους δοῦναι, & ἀποδοῦναι; in poſteriore hìc, & alibi paſſim. Significat etiam *dare vices loquendi & percunctandi, & viciſſim reſpondere percunctanti.* Sic infra, πᾶσι ταῖς παροῦσι λόγον διδόναι. Vide plura apud *Bud.* p. 151. & ſeqq.

Ib. l. 9. Τούτους ἀφίετε] Τοὺς ἐφεστηκότας duces, aut etiam cæteros, quibus publicum aliquod munus eſt

man-

mandatum, atque etiam trierarchos, quos in prædæ ſocietatem veniſſe probabile eſt. *Wolfius.* [*Aldus* ταῦτα legit: MS. *Voſſ.* & *Ben.* α. γ. ε. η. θ. ταύτας.]

Ib. l. 13. Πρότερον μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰσεφέρετε κατὰ ζυμμορίας] Cecrops & poſt eum Solo in quatuor tribus populum Athenienſem diſtribuerant. Harum poſtrema ex civibus conſtans, quibus opera vita erat, quique publicis muneribus excluſi ſunt. nihilo ſecius omnium conſiliorum particeps erat, & communi cum cæteris ſuffragii ferendi jure fruebatur. Cum autem tributum imponeretur, prima tribus talentum conferebat, ſecunda ſemi-talentum, tertia centum drachmas, poſtrema nihil. Poſtea quatuor tribus ad decem uſque auctæ ſunt. Tum, ad ſolvendum quod imponebatur, ex unaquaque tribu certum civium numerum educebant, eoſque in viginti claſſes, quæ Συμμορίαι vocabantur, dividebant: in quibus juxta ſuas quiſque fortunas ac reip. neceſſitates cenſebatur. *Ariſt.* Polit. l. ii. *Plutar.* in Solo. *Pol.* l. viii. Συμμορίαι igitur ſignificat diverſas claſſes ſive ordines hominum maximè idoneorum ad ſumptus reip. ſuppeditandos. *Harpoc.* *Hyper.* cont. Polyeuct. *Poll.* l. iii. c. 4. Quæque claſſis, ex civibus æquè divitibus conſtans, ſuum ducem ἡγεμόνα ζυμμορίας habuit, & ſinguli ζυμμορῖται ejuſdem claſſis cives ex æquo cenſebantur: varias autem cauſas prætendebant, quo ſe a tributo ſolvendo immunes facerent. In hanc itaque ſententiam accipienda ſunt quæ dicit Demoſthenes: *Veſtra culpa factum eſt, ut quæ forma ad conſervandam rempublicam conſtituta fuerit, ea ipſa in perniciem reipublicæ evadat. Claſſes, eò inſtitutæ ut reip. neceſſitatibus ſubveniatur, haud aliò jam ſpectant quam ut ei tributa fraudent, ſeque ab ea adjuvanda eximias habeant.* Eadem iiſdemque verbis querela

querela in oratione huic anteriori occurrit: ſc. orat. de Repub. Ord. [p. 99. Ed. *Ben.*] *Tourrellus.*

Ib. & ſeqq. Πρότερον μὲν γὰρ, —— εἰσεφέρετε κατὰ Συμμορίας] Hoc inſtitutum imitatus eſt Servius Tullius. *Cenſum enim inſtituit rem ſaluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli paciſque munia non viritim, ut ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tum claſſes centuriaſque & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum vel bello.* Livius lib. i.

Ib. Schol. l. 12. Ἀπὸ ἑκατὸν εἴκοσι] A centum viginti. Videtur præpoſitionem addidiſſe, ut cardinalia vim diſtributivorum haberent. Referatur hic locus ad orationem περὶ Συμμοριῶν.

P. 72. l. 4. Οἱ βοηθησόμενοι οἱ τριακόσιοι] Trecenti qui clamitant ſcilicet, ὑπὸ τῷ ῥήτορί εἰσι. De locupletiſſimis civibus hoc docet Ulpianus eſſe intelligendum: quorum alii aliis factionibus faveant. Hervagiana prior editio habet, οἱ βοηθησόμενοι, *adjuturi*, pro οἱ βοηθήσοντες, ut puto: niſi paſſivè accipiatur *adjuvandi*: qui præſidia oratorum ambiunt, ut, reſtinctis bellis, conferre tributa & inſtruere triremes non cogantur: οἱ βοησόμενοι eſt durum, &, ut puto, mendoſum. Mallem οἱ βοηθοὶ ἐσόμενοι. *Wolfius.* [*Ben.* α. β. ε. η. θ. βοησόμενοι; cæteri omnes cum noſtro concordant: excepto quod *Ald.* & *Voſſ.* articulum non habent ante τριακόσιοι.

Ibid. Οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε] Οἱ λοιποὶ πολῖται ἐν προσθήκης μέρει ἐστέ· οὐ ψηφίζοντες καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ τὰς τῶν ῥητόρων, καὶ στρατηγῶν, καὶ τριακοσίων ἐπιψηφίζοντες γνώμας. *Idem.*

Ib. l. 7. Καὶ ὑμῶν αὐτῶν γενομένους] Ελευθέρους τὰς γνώμας γενομένους, οὐχὶ δὲ τοῖς ῥήτορσι δεδουλωμένους. *Idem.*

Ibid. Κοινὸν καὶ τὸ λέγειν] Τὴν Εὐβούλου δημαγωγίαν εἰς τυραννίδα διαβάλλει, ὡς τοὺς ἄλλους παῤῥησίᾳ λέγειν ἃ ἐγνώκασι κωλύοντος. *Idem.*

Ibid.

Ibid. Κοινὸν] Commune, id eſt, liberum facite, id eſt, æquis animis accipite orationes, conſilia, & facta quorumvis civium: non certis quibuſdam eſtote addicti, quos ſuſpiciatis tanquam Deos, aliis contra infenſi, & eorum recta conſilia & facta improbetis. Vincat apud vos non affectus, ſed reipublicæ utilitas. Sicut Melanopum dicere fuiſſe ſolitum Plutarchus ſcribit: ὁ μὲν ἀνὴρ ἐχθρὸς, τὸ δὲ τῆς πόλεως νικάτω συμφέρον. *Idem.*

Ib. l. 8. Καὶ τὸ βουλεύεσθαι] *Barocc.* & *Ben.* α. γ. βούλεσθαι. *Pith.* συμβουλεύεσθαι.

Ib. l. 9. & ſeqq. Εἰ δὲ τοῖς μὲν ὥσπερ ἐκ τυραννίδος ὑμῶν ἐπιτάττειν ἀποδώσετε] Eubulus, Ariſtophon, Hyperides, & Lycurgus, omnia ſummo cum imperio adminiſtrabant. Imperatorium munus viciſſim inter ſe ſortiebantur Diopithes, Meneſtheus, Leoſthenes, Chares. *Plutar.* in Phoc. Ita ut Reſpublica in Oligarchiam tranſiret. *Tourrellus.*

Ib. l. 10. Ἐκ τυραννίδος ὑμῶν] Suſpecta lectio eſt: Quid ſi ἡμῖν ἐπιτάττειν? Sin τυραννίδος ὑμῶν rectè ſcribitur, ſenſus eſt, quaſi vos tyrannidem illis decreviſſetis. Fortaſſis τὸ ὑμῶν redundat. *Wolfius.* [Nos ſequuti ſumus *Morellium* in variis lectionibus: cæteri omnes editi & MSti vel ἡμῶν vel ὑμῶν. *Morellius* mox habet δώσετε pro ἀποδώσετε, ſed omnino retinenda eſt recepta lectio. Vid. notam ſequentem.]

Ibid. Ἀποδώσετε] Εὐβούλῳ μὲν ἀντὶ τοῦ θεωρικοῦ καὶ τῶν κολακειῶν μισθὸν ὑπερμεγέθη, τὸν τῆς δημοκρατίας ἀναίρεσιν ἔντα· τοῖς δὲ πλουσίοις, ἀντὶ τῶν λειτουργιῶν, δουλείαν καὶ πενίαν. *Idem.*

Ib. l. 12. Τοῖς δὲ ψηφίζεσθαι κατὰ τούτων μόνον, ἄλλο δὲ μηδοτιοῦν συμπονεῖν] *Cic.* lib. i. de Offic. cap. 25. *Omnino qui reipub. præfuturi ſunt, duo Platonis præcepta teneant: unum, ut utilitatem civium ſic tueantur, ut quæcunque agunt, ad eam referant, obliti*

liti commodorum ſuorum: alterum, ut totum corpus reip. curent: ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. Ut enim tutela, ſic procuratio reip. ad utilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Qui autem parti civium conſulunt, partem negligunt, rem pernicioſiſſimam in civitatem inducunt, ſeditionem atque diſcordiam: ex quo evenit, ut alii populares, alii ſtudioſi optimi cujuſque videantur, pauci univerſorum. Hinc apud Athenienſes magnæ diſcordiæ: in noſtra rep. non ſolùm ſeditiones, ſed peſtifera etiam bella civilia, &c. Tourrellus.

Ib. Schol. l. 8. Χρήματα συμμορίας] Præpoſitio manifeſtè deeſt, itaque cum *Wolfio* lego κατὰ συμμορίας: mox cum eodem μερίζεσθε: deinde pro στασιάζειν, ἐκκλησιάζειν reſcribo, ſenſu loci id omnino poſtulante.

P. 73. l. 3. Κολάζειν ἀντὶ τῶν ἐχθρῶν] Τοὺς μὲν ἐχθροὺς καὶ πολεμίους μὴ ἀμύνεσθαι, τοὺς δὲ πολίτας τιμωρεῖσθαι, τοὺς τὰ αδίκως προστεταγμένα μὴ ποιήσαντας. Vide Iſocratem in Philippicâ, ubi de Argivis ſcribit: ὅτι τοὺς ἐνδόξους καὶ πλουσιωτάτους τῶν πολιτῶν ἀπολλύντες οὕτω χαίρουσιν, ὡς οὐδένες ἄλλοι τοὺς πολεμίους ἀποκτείναντες. *Wolfius.*

Sect. X.

Ib. l. 5. Πάντας ἐξιέναι] Si ſcilicet neceſſe fuerit, bello tam diu duraturo. Quod cum incertum eſſet, probabile eſt, eos primos militaſſe, quibus ea ſors obtigiſſet: ut ne alii aliis deteriore conditione eſſent. *Idem.*

Ib. l. 7. Πᾶσι τοῖς παριοῦσι] Ἐπὶ τὸ βῆμα. *Idem.*

Ibid. Λόγον διδόναι] Vide notas ſupra, p. 312.

NOTÆ

IN SECUNDAM

OLYNTHIACAM.

NOTÆ IN

ARGUMENTUM.

PAG. 74. lin. 3. Παρακαλοῦντες ἐπὶ τιμωρίαν] In nonnullis legitur τιμωρία.

Ibid. & ſeqq. Ο δὲ Δεμοσθένης δεδοικὼς] In noſtro legebatur: Δέδοικε τοίνυν ὁ Δεμοσθένης, haud dubiè melius & rectius. Et paulo poſt, pro ὀλιγωρήσωσι, ὀλιγωρήσουσι. *Obſopæus.*

Ib. l. 7. Ἐπισκώπτει τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν] In noſtro erat ἐπικόπτει, *præcidit*, quod profectò magis quadrare videtur ſententiæ. Nuſquam enim deridet Athenienſes Demoſthenes, ſed quum nihil actum ſit, indicat, ne in utramvis aurem quaſi ſuperato Philippo dormiant, etſi nonnihil miſſo Olynthiis auxilio expedierint. *Idem.* [*Morellius* etiam in variis lectionibus ἐπικόπτει legit.]

NOTÆ IN TEXTUM & SCHOLIA.

SECT. I.

PAG. 75. lin. 1. Οὐχὶ τ'αὐτὰ παρίσταταί μοι, &c.] Simile eſt exordium Catonis apud *Salluſtium* Cat. p. 167. Edd. *Waſſe*. *Longe mihi alia mens eſt, P. C. cum res atque pericula noſtra conſidero, & cum ſententias nonnullorum mecum reputo. Illi mihi diſſeruiſſe videntur de pœnâ eorum, qui patriæ, parentibus, aris, atque focis ſuis bellum paravere: res autem monet, cavere ab illis magis, quàm, quid in illos ſtatuamus, conſultare.*

Ib. Schol. l. 6. Ἐκ τοῦ παραδόξου] Παράδοξον eſt quod fit aut dicitur præter opinionem: id verò vel abſurdum, vel inexpectatum, vel admirabile eſt. *Wolfius.*

Ib. l. 13. Καὶ φρονοῦντα τῇ νίκῃ] Haud ſcio an germana ſit lectio. Ego certè dicere malim, μέγα φρονοῦντα ἐπὶ τῇ νίκῃ: quod omnino eſt uſitatius. *Idem.* [*Morellius* in var. lect. τὸ μέγα habet, præpoſitionem verò non agnoſcit. Equidem conjicerem legendum μ. φ. ὡς ἐπὶ τῇ νίκῃ: non enim vicerant Philippum; ſed tantùm, ut Libanius in Arg. τὶ κατορθοῦν ἔδοξαν. F. Scholiaſtes ſic ſcripſit: φρονοῦντα τὴν νίκην.]

P. 76. l. 6. Οὐδὲν οὖν ἄλλο] Sic ordinanda ſunt verba, οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες δοκοῦσί μοι οὐδὲν ἄλλο ἁμαρτάνειν, ἢ τὴν ὑπόθεσιν οὐχὶ τὴν οὖσαν, περὶ ἧς βουλεύεσθε,

λεύεσθε, παριστάντες ὑμῖν, pro ἢ ὅτι οὐ παριστᾶσι. *Qui igitur talia dictitant, non in alio delinquere mihi videntur, niſi quòd a totius veſtræ deliberationis ſcopo aberrent:* τὴν ὑπόθεσιν οὐχὶ τὴν οὖσαν, id eſt, οὐ τὴν ἀληθῆ, περὶ ἧς βουλεύεσθε: *proponunt vobis argumentum, non verum illud, de quo deliberatis.* Erat autem ἡ οὖσα, ut Olynthii ſtrenuè juvarentur: quo clamoſi oratores commiſſo, ad Philippum ulciſcendum hortabantur. Sic in Cherſoneſitanâ [ſub init. p. 54. Ed. *Ben.*] ἡ μὲν οὖν σπουδὴ περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ πραγμάτων ἐστὶ, καὶ τῆς στρατείας, ἣν ἑνδέκατον μῆνα τουτονὶ Φίλιππος ἐν Θράκῃ ποιεῖται· τῶν δὲ λόγων οἱ πλεῖστοι, περὶ ὧν Διοπείθης πράττει καὶ μέλλει ποιεῖν, εἴρηνται. Hic quoque Oratores τὴν ὑπόθεσιν, οὐχὶ τὴν οὖσαν περὶ ἧς ἐβουλεύοντο, παρίστασαν. Quin autem ſtultius quàm, ignorato ſcopo deliberationis, dare velle conſilium? Verè hoc eſt ἄσκοπα τοξεύειν, & a januâ aberrare, ac potius, toto cœlo errare. Quod ne contingat, teneatur præceptum Philonis in libello, ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος. καταλαβόντες περὶ οὗ ὁ λόγος, τὰς ἀποδείξεις εὐσκόπως ἐφαρμόττωμεν. *Idem.*

Ib. Schol. l. 26. Ἢ τὸ ζυμφέρον] *Wolfius* aſteriſcum τῷ, ζυμφέρον præfixit: credo, quod deeſſe hìc δοκοῦν putaret, & pro ἐκείνων legendum ἐκείνοις; ſicuti infra τὴν δὲ αὐτῷ δοκοῦσαν (γνώμην) εἰσηγεῖται. Atqui nihil opus eſt, ut opinor, emendatione, cum verba, ut nunc ſe habent, eundem ſenſum ſatis commodè exprimant.

Ib. l. 31. Πεποίηται γνώμην] Ex præcedente γνώμης natam videtur. Sententia omnino poſtulat ut cum *Wolfio* ſcribatur μνήμην: ſicuti mox αὐτῷ pro αὐτῶν.

P. 77. l. 2. & ſeqq. Εγὼ δ' ὅτι μὲν πότε ἐξῆν τῇ πόλει] Propoſitio eſt: Errare oratores qui ultionem Philippi ſuadeant. Ratio ſumitur a diſtinctione temporum, quòd nunc non ſint eæ vires Athenienſium,

ſium, quæ pridem fuerint, admiſto affectu. Nam dolenter hæc dicit. Controverſia inter Demoſthenem & alios eſt, non quid expediat (nam & ipſe Philippum cum primis oppreſſum vellet) ſed quid hoc tempore fieri poſſit. *Wolfius.*

Ibid. Εγὼ δ' &c.] Demoſthenes duos annos poſt Philippum natus (ſcilicet Olymp. 99. Ann. 4to) eum principio infirmum viderat, magiſque idoneum qui reciperet leges, quàm qui præſcriberet. *Tourrellus.*

Ib. Schol. l. 13. Εβϐλεύεσθε] *Wolfius* legit βουλεύεσθε, quod certè rectius : & ſic etiam *Morellius* in variis lectionibus.

Ib. l. 39. Ολωθίους σῶς] Mendum, quod cum hæc feſtinatiùs legerem neſcio quomodo intactum præterieram. Reſcribe σῶσαι [quod in hac editione præſtitum.]

Ib. l. 40. & ſeqq. Οὐκ ὡς τιμωρησαμένων αὐτῶν τότε τὸν Φίλιππον] Recte hæc obſervat Scholiaſtes. Philippus, licet afflictiſſimus eſſet ejus regni ſtatus, quum primùm imperium eſt ingreſſus, bellaque eo tempore, (ut Juſtini verbis utar) velut conſpiratione quadam ad opprimendam Macedoniam, multarum gentium ex diverſis locis confluerent : Athenienſes tamen, quibuſcum ei primum certamen fuit, vicerat : quâ victoriâ potitus pacem cum iis, miſſis Athenas legatis, iniit. Poſt duos vel tres annos (hoc eſt, Olymp. 105. Ann. 3.) Amphipolim & Pydnam expugnaverat : neque legimus, ullo unquam tempore de Philippo Athenienſes victoriam reportaſſe. Vide *Diod.* lib. xvi. & *Juſtin.* lib. vii.

SECT.

S E C T. II.

P. 78. l. 8. Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς] Perſeverat in loco attentionis, & inſinuatione quadam benevolentiam captat, commemorandâ ſollicitudine ſuâ, & ſtudio bene conſulendi, & acumine Athenienſium laudando, & ceſſatione molliter caſtigandâ. *Wolfius.*

P. 79. l. 7. Τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ἐκπεφευγέναι ὑμᾶς] Ὑμᾶς μὴ καταλαβέσθαι τὰ πράγματα, ἀτυχῆσαι, μὴ κρατῆσαι, πόλλ' ἀπωλολεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον. Metaphora ſumpta eſt a venatoribus, aut iis, qui aliquid perſequuntur. *Idem.*

Ib. l. 8. Τῷ μὴ βούλεσθαι] Αἰτιολογικῶς, διὰ τό· διότι μὴ ἐβουλήθητε· μεταστατικὴ ἡ ἔννοια. Tribuit ſuis civibus & fortunæ favorem, & intelligendi prudentiam, quæ nihil valeant propter eorum ſocordiam atque ignaviam: eâque ratione, bonâ ſpe injectâ, torporem illis excutere ſtudet. De negligentiâ Democraticâ vide Iſocratis Nicoclem, & orationem noſtri actoris περὶ Στεφάνου καὶ παραπρεσβείας. *Idem.*

Ib. Schol. l. 22. Κολακείας] Minimè huc pertinet τὸ κολακείας: non enim in eo hæret Demoſthenes, quomodo ſine *adulatione*, ſed quomodo liberè & tamen *impunè*, quæ ſibi videntur exponat. Ideo mox ait, ἀξιῶ δ' ὑμᾶς ἂν μετὰ παῤῥησίας ποιῶμαι τοὺς λόγους ὑπομένειν. Itaque ſententia omnino poſtulat ut pro κολακείας reponatur κολάσεως, quod etiam *Wolfius* habet, aſteriſco tamen præfixo.

P. 80. l. 7. Ἀναγκαῖον εἶναι ὑπολαμβάνω] Sicut in primâ [hoc eſt, tertiâ nobis] Olynthiacâ, ita & hìc narrationem inſtituit, non ab inſtituto aberrantem, ſed maximè ad rem pertinentem: cujus hic ſcopus eſt: cum ceſſationem & ſocordiam ſuperi-

oribus temporibus reipublicæ plurimum nocuiſſe conſtet: niſi nunc atque deinceps rerum cura ſuſcepta fuerit, majora detrimenta & plura eſſe metuenda. *Wolfius.*

Sect. III.

Ib. Schol. l. 33. Ατέχνῳ] Scholiaſtes per παραδείγματα manifeſtè intelligit τὴν ἄτεχνον πίστιν: quare hìc cum *Wolfio* lubentiſſimè repono ἐντέχνῳ. Hujuſce fidei, ſive probationis, artificioſæ tres ſunt ſpecies: alia τοῦ ἤθους, ratione oratoris; alia τοῦ πάθους, ratione auditoris; alia τοῦ λόγου, ratione cauſæ. Siquidem Oratori non tantum opus eſt ſententiis ἀποδεικτικαῖς, quibus cauſam probet, ſed etiam ἠθικαῖς, quò oſtendat, ſe eſſe fide dignum; & παθητικαῖς, ut ad vehementiorem quempiam effectum compellat auditorem. Vide *Ariſt.* Rhet. lib. i. cap. 2. & *Gerard. Joh. Voſſ.* Inſtit. Orator. lib. i. cap. 2. In ſingulis hiſce ſpeciebus multus eſt Demoſthenes, & βιαιότατος.

P. 81. l. 1. Ἡραῖον τεῖχος] Heræum caſtellum, locus in Thraciâ ſic dictus, qui a Samiis ædificatus eſt. *Harpocrat.* Herodoto lib. iv. p. 253. dicitur Πόλις παρὰ Περίνθῳ. Plurima erant in Thraciâ hujuſmodi caſtella. Sic Σέῤῥιον τεῖχος apud Demoſthenem pro coronâ: quod *Livius*, ut & Doriſcon *caſtellum* vocat, Lib. xiii. & Μάκρον τεῖχος, cum aliis. Sæpe urbes eo nomine indigitabant veteres: ſic urbs a Mileſiis condita Μιλησίων τεῖχος vocabatur. Huic autem ſive urbi, ſive caſtello, nomen Ἡραῖον indiderunt Samii, ἀπὸ τῆς Ἥρας, a Junone, ipſorum numine tutelari.

Ib. l. 3. Μαιμακτηρίων] Hibernum menſem eſſe Mæmacteriona ſcribit Ulpianus, eumque Januarium interpretatur Su das. Ego Theodorum Ga zam-

zam, virum doctiſſimum, ſecutus, Septembrem voco, donec inter Grammaticos debellatum fuerit. Malo enim indoctior, & Athenienſium imitatione, ignavior haberi, quàm hujuſmodi controverſiis explicandis parvâ cum ſpe indubitatæ veritatis occupari &c. *Wolfius.*

Ibid. Μαιμακτηριὼν] De menſium Atticorum ordine & ſerie, cuique ex Julianis eorum quilibet reſpondeat, acerrima eſt inter doctos controverſia. Satis ſit lectori duplicem eorum ſeriem ob oculos ponere, hanc *Petavii*, alteram *Scaligeri.*

Pet.	*Scal.*
Εκατομβαιὼν, *September.*	Εκατομβαιὼν, *Julius.*
Μεταγειτνιὼν, *October.*	Μεταγειτνιὼν, *Auguſtus.*
Βοηδρομιὼν, *November.*	Βοηδρομιὼν, *September.*
Μαιμακτεριὼν, *December.*	Πυανεψιὼν, *October.*
Πυανεψιὼν, *Januarius.*	Μαιμακτηριὼν, *November.*
Ποσειδεὼν, *Februarius.*	Ποσειδεὼν, *December.*
Γαμηλιὼν, *Martius.*	Γαμηλιὼν, *Januarius.*
Ανθεστηριὼν, *Aprilis.*	Ανθεστηριὼν, *Februarius.*
Ελαφηβολιὼν, *Maius.*	Ελαφηβολιὼν, *Martius.*
Μουνηχιὼν, *Junius.*	Μουνυχιὼν, *Aprilis.*
Θαργηλιὼν, *Julius.*	Θαργηλιὼν, *Maius.*
Σκιῤῥοφοριὼν, *Auguſtus.*	Σκιῤῥοφοριὼν, *Junius.*

Vide *Scalig.* in opere de emendatione Temporum lib. i. cap. de Menſ. Att. *Petav.* Doctrin. Temp. lib. i. cap. 9. Vide etiam, inter alios, *Duport.* in Prælect. in Theophraſt. cap. 3. ubi ſententia Scaligeriana defenditur. Quod reliquum eſt, Μαιμακτηριὼν vocatus eſt hic menſis ἀπὸ Διὸς Μαιμάκτου, quoniam in eo frequentiſſimè *turbatur* aër. *Suid. Harp.* vel potiùs, quod hoc menſe ſacra fieri ſolita Jovi τῷ μαιμάκτῃ, inde dicta Μαιμακτήρια. Vide infra.

Ibid. Πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γινομένου] Sive quod Samum & Sami coloniam ſibi vendicabant, ſive quòd Philippi conatibus, plura ſubinde appetentis, obviam eſſe eundum cenſebant. *Wolfius.*

Ib. l. 6. & 7. Τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν αὐτοὺς ἐμβαίνειν] Vide *Schol.* & *Petit.* in Leg. Att. lib. viii. *Tit.* 1.

Ib. l. 10. Ἑκατομβαιῶν, Μεταγειτνιῶν, Βοηδρομιῶν·] Obſervandum eſt omnes menſes Atticos a propriis feſtis & ſacris ſolennioribus, quæ in illis fiebant, nomina ſua obtinuiſſe. Ἑκατομβαιὼν ita dictus eſt, quòd in eo agebantur feſta Ἑκατόμβαια, ſive in honorem Junonis, juxta *Meurſium*; ſive Apollinis τοῦ ἑκατομβαίου, τελέσι πολυτίμου, ut *Auctor Etymologici*; a quo diſcimus, quòd hic menſis primo Κρονιὼν vocatus eſſet, ἀπὸ τῆς γινομένης τῷ Κρόνῳ θυσίας; aliamque etiam rationem quare Ἑκατομβαιὼν appellatur: ἐπειδὴ ἱερός ἐστι τῷ ἡλίῳ· ὁ δὲ ἥλιος τούτῳ τῷ μηνὶ μέγαν ποιεῖ τὸν δρόμον· ἐκάλουν δὲ οἱ παλαιοὶ τὸ μέγα ἀπὸ τοῦ ἑκατόν· &c. Μεταγειτνιὼν nomen habuit a feſtis quæ celebrabantur a Melitenſibus, Atticæ populo, qui Diomea commigrarunt, inde dicta Μεταγείτνια. *Plutarchus* de Exilio: Ἆρα οὖν ξένοι καὶ ἀπολιδές εἰσιν Ἀθηναίων οἱ μεταστάντες ἐκ Μελίτης εἰς Διόμεια, ὅπου καὶ μῆνα Μεταγειτνιῶνα, καὶ θυσίαν ἐπώνυμον ἄγουσι τοῦ μετοικισμοῦ Μεταγείτνια. Fiebantque tunc ſacra Apollini τῷ Μεταγειτνίῳ Boedromioni nomen fecere Βοηδρόμια, feſtum Athenis, inde ita vocatum, quòd Ion Xuthio filius celeriter opem tuliſſet Athenienſibus, cum ab Eumolpo Neptuni filio bello premerentur, regnante Athenis Erectheo. Idem enim eſt βοηδρομεῖν ac βοηθεῖν. *Auctor Etymologici* v. Βοηδρομιών. — ἀπὸ οὖν τῆς τοῦ στρατεύματος βοῆς τῆς ἐπὶ τῷ ἄστει δραμούσης ὅ,τε Ἀπόλλων βοηδρόμιος ἐκλήθη, καὶ ἡ θυσία, καὶ ὁ μὴν καὶ τὰ βοηδρόμια ἐτελεῖτο ἱερά. Nonnulli dixerunt hæc feſta in honorem

Theſei

Theſei fuiſſe inſtituta, qui hoc menſe Athenienſibus contra Amazonas opem tulit. Vide *Suid. Harp. Etymol. Meurſ.* Græc. Fer. & *Plutarch.* in Theſeo ſub fin.

Ib. l. 11. Μέλα τὰ μυςήρια] Gemina erant Athenienſibus Myſteria, majora & minora. Majora Cereri, minora Herculi ſacra habebantur. Illa nonnunquam τὰ μεγάλα dicuntur apud autores, plerunque verò abſolutè τὰ μυςήρια. Ubicunque igitur apud Græcos legimus τὰ μυςήρια abſolutè & ſine additione (uti hoc in loco) ibi τὰ μεγάλα μυςήρια, Cereris ſc. Eleuſiniæ ſacra, intelligere debemus. Erant autem omnium apud Græcos feſtorum celeberrima, & a decimo quinto Boedromionis menſis per novem dies durabant. Minora menſe Antheſterione agebantur. Tantâ religione Athenienſes Cererem obſervarunt, beneficii memores, quo ab eâ Proſerpinam filiam quærente affecti ſunt, ſcilicet, quòd ab eâ ſerendi frumenti incognitam ante rationem didicerunt. Ægyptii horum ſacrorum auctorem faciunt Erectheum, natione Ægyptium, Athenarum verò regem ideo factum, quòd cùm ingens ubique ſiccitas eſſet, cum magnâ frugum hominumque pernicie, magnam frumenti copiam Athenas advexerit. Vide *Meurſium* in ſingulari libro de *Eleuſiniis*, *Diod.* lib. i. *Duport.* in Theophraſt. cap. 3. *Car. Sigon.* de Rep. Athen. lib. i. cap. 4. & *Petit.* in Leg. Att. lib. i.

Ib. Schol. l. 6. Βοηθεία] Ex ſequente βοηθείαν planè natum: rectiſſimè *Wolfius* emendavit προθυμία: infra dicet, ὥσπερ ἐψηφισάμεθα προθύμως.

Ib. l. 88. Ἤτοι Ιανουάριος] In orat. de Coronâ p. 167. Ed. *Ben.* Munychionem cum Januario comparat Scholiaſtes: ibidem etiam Θαργηλιῶνος exponit Απριλλίου, ergo non jam Munychion, ſed Antheſterion erit Januarius: in utroque autem,

uti hìc etiam, omnino fallitur, ſi ad Demoſthenis ætatem referat. Vide notam ſequentem.

Ibid. Ὃς ἴχει χρόνον παρ' Ἑλλησιν] Quaſi verò haud ſatis notum eſſet, Hecatombæonem menſem Atticum fuiſſe. Omnino reſcribendum eſt, levi tantùm mutatione, ὃς ἄρχει χρόνου παρ' Ἑλλησιν, quod quidem ſcire operæ pretium ſit. Utcunque de menſibus Atticis inter ſe diſcrepant Auctores, in hoc omnes conſentiunt, Athenienſes, undecunque anni caput deduxerint, ſemper Hecatombæonem principem menſium conſtituiſſe. Cùm igitur admiſerunt annum Julianum, cujus primus menſis eſt Januarius, e ſede ſuâ Hecatombæonem deturbârunt, & in Januario principem menſem ſtatuerunt. Rurſum cùm menſis Aprilis conſtitutus eſt a Chriſtianis princeps menſium anni propter ſolenne Paſchatis, Hecatombæon quoque ab Athenienſibus Chriſtianis collocatus eſt in Aprilis ſede: unde Munychion cum Januario comparatur. *Petit.* Miſcell. lib. viii. cap. 6. Vide etiam *Duport.* loco ſupra citato. Scholiaſtes ad orat. contra Timocratem p. 446. τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος. οὗτος (non ut perperam editur οὐ γὰρ) ἦν ὁ πρῶτος μὴν, &c.

P. 82. l. i. Ἀπεστάλκε —— Χαρίδημον] Charidemum genere Oritam, Iphicratis in bello diſcipulum & Cherſobleptis generum, quòd utilem reipublicæ operam navâſſet, Athenienſes civitate donârunt. Quin & Decretum fecit Ariſtocrates hujuſmodi: ſiquis Charidemum occiderit, comprehendi eum jus faſque ſit in omni ditione Athenienſibus conjunctâ. Quod ſi quis comprehenſum aſſeruerit, ſive civitas, ſive homo privatus, is fœderum expers eſto. Hoc Decretum accuſavit Euthycles, eique ſubſerviens Demoſthenes orationem habuit κατὰ Ἀριστοκράτους. *Demoſt.* contra Ariſtocrat. *Tourrellus.*

Ibid.

Ibid. Δέκα ναῦς] Ordo hic eſt: ἀπεςάλαλε Χαρίδημον ἔχοντα δέκα ναῦς κενάς. Scilicet ἐπιβατῶν ἢ ϛρατιωτῶν, ξένων δήπȣθεν μισθοφόρων πληρωθησομένας. *Wolfius.*

Ib. & ſeqq. Δέκα ναῦς κενὰς] Thucydides, lib. vi. [pag. 433 Ed. *Francof.*] in navalis belli apparatu, totam claſſem complectitur hiſce verbis, ναῦς κενὰς, quas dividit in ταχείας, & ὁπλιταγωγȣ̀ς, *naves præſidiarias*, & *quæ armatos milites ferrent.* Hìc igitur per δέκα ναῦς κενὰς intelligere poſſumus decem naves, ſive bellicas, ſive onerarias, malè verò adornatas. Hanc enim interpretationem ſententia poſtulat: eamque per vocem *vuides* exprimere volui. *Tourrellus.*

Ib. l. 2. Καὶ πέντε' τάλαντα] Εἰς τὸ μισθώσασθαι ξένȣς. Vide alacritatem & magnificentiam decernendi, cum exequendi negligentiâ & ſordibus. *Wolfius.*

Ib. l. 3. & ſeqq. Ὡς γὰρ ἠγγέλθη Φίλιππος ἀσθενῶν καὶ τεθνεὼς, (ἦλθε γὰρ ἀμφότερα)] Nuntios optabiles in dubium vocare Populus non vult. Quodam die cum, audito mortuum eſſe Alexandrum, Athenienſes quaſi ebrii lætitiâ exultarent, retinuit eos Phocion dicto hoc ſapienti: *Si Alexander, ita uti fertur, hodiè mortuus ſit, etiam cras erit. Quid igitur periclitamini, ſi ad tempus vobis eam lætitiam præcludatis, cujus præpropera perceptio & dolorem vobis & pudorem afferre poſſit?* Tourrellus.

Ib. l. 4. & ſeqq. Οὐκέτι καιρὸν ȣ̓δένα τȣ̃ βοηθεῖν] Scilicet τοῖς Ηραιοτειχίταις. Non putâſtis eſſe neceſſarium. Exercitum enim, duce ſublato, ſoluturum obſidionem, & dilapſurum eſſe. *Wolfius.*

Ib. l. 6. Ἀφήκατε ——— τὸν ἀπόςολον] Οὐκ ἐπληρώσατε τὰς τριήρεις, ȣ̓δὲ προσείχετε τῷ πολέμῳ. Ob incertam famam & inanem ſpem, omiſſa ſuſcepta expedi-

 tio.

tio. Καὶ τῦτο μὲν τὸ γενόμενον. *Idem.* [*Pith.* habet ἀφεῖτε τὴν ἀποςολήν.]

Ib. Schol. l. 9. Ἧϐον τὰ βοηδρόμια] Admirandum ſanè eſt quomodo Scholiaſti noſtro in mentem venerit, Μυςήρια μεγάλα & Βοηδρόμια, quæ aliud feſtum erant, diverſamque prorſus originem habuere, ſimul confundere. Probabile eſt hæc verba ab imperito aliquo in margine ſcripta, poſtea in textum irrepſiſſe.

Ib. l. 19. ἐπιπέμπει] Cum *Wolfio* πέμπει lego: alioqui non conſtat verſus.

Sect. IV.

P. 83. l. 1. Τὰ μὲν ᾗ τότε πραχθέντα ἐκ ἂν ἄλλως ἔχοι] Idem aliis verbis dicit Agatho:

Μόνε γὰρ αὐτῦ καὶ Θεὸς ςερίσκεται,
Ἀγένητα ποιεῖν, ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

Hoc namque duntaxat negatum etiam Deo eſt,
Quæ facta ſunt, infecta poſſe reddere.

Ariſtot. ad Nicom. lib. viii. cap. 3. *Tourrellus.* [Eandem ſententiam ſic complexus eſt Simonides, τὸ γὰρ γεγενημένον ἐκ ἔτι ἄῤῥεκτον ἔςαι. Vide *Schol.* & Notas ſupra p. 235.]

Ibid. Τὰ μὲν ᾗ τότε πραχθέντα] Accommodatio narrationis, & opportunus tranſitus ad adhortationem. *Wolfius.*

Ib. l. 3. Τίς ἐτ☉; Δι' ὃν] Cæteri impreſſi, & *Morellius* in var. lect. τίς; ἐτ☉ δι' ὄν. In MSto *Laud.* ita legitur καιρὸς ἥκει τίς, δι' ὄν.

Ib. l. 6. Εἰ γὰρ μὴ βοηθήσητε] Propoſitio: Omnibus adjuvandos eſſe Olynthios. Ratio: Alioqui eos hoſtis opes aucturos eſſe. Utitur autem odioſo verbo,

verbo, ἐστρατηγηκότες ἔσεσθε ὑπὲρ Φιλίππου, quaſi ejus mercenarii duces & mancipia eſſent: quod & turpe eſt & pernicioſum. *Wolfius.*

Ib. l. 9. Ὑπῆρχον Ὀλύνθιοι] Redit ad narrationem aliam, quâ cives ſuos, ipſorum, quod aiunt, gladio juguleт, hoc eſt, ut demonſtret, eos id optâſſe, quod evenerit. Itaque ſine levitatis & inconſtantiæ reprehenſione, non poſſe ceſſare. Sed hic locus & in primâ tractatus eſt. *Idem.* [Vide ſupra p. 278.

Ib. l. 10. Δύναμίν τινα κεκτημένοι] Vide notas ſupra p. 278.

Ib. Schol. l. 32. Ἐνέφηνεν αὐτὸ] *Wolfius* ad hæc: "S. τὸ ῥῆμα τὸ βοηθήσομεν, aut αὐτὴν τὴν ἀπόκρισιν." Poſterius magis placet.

P. 84. l. 1. & ſeqq. Οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους, οὔθ' οὗτοι Φίλιππον] Si divinationi venia daretur, ſuſpicarer legendum, οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτοις, οὔθ' οὗτοι Φιλίππῳ: id eſt, & Philippus Olynthiis, & Olynthii Philippo diffidebant. Nam ſi utrinque hoſtilibus animis fuerunt, mutuo metu ab inferendo bello deterriti; quî convenit, Philippum, quos ſolos invadere non auſus fuit, Athenienſium ſocietate aut amicitiâ certè auctos, oppugnare fuiſſe auſum? Sed quia via tritiſſima tutiſſima, retineamus vulgò receptam lectionem &c. *Wolfius.* [Omnes hujus loci interpretes uno ore in eum ſenſum conſentiunt quem *Wolfius* alienum putat: omniaque, quæ quidem vidi, exemplaria τούτους & Φίλιππον exhibent. De lectione pugnare nolim; de ſenſu loci, perſuaſiſſimum me habeo, eum de mutuâ Philippi & Olynthiorum diffidentiâ intelligendum eſſe, non de paribus utrorumque viribus, adeò ut neque Philippus Olynthios, neque iſti Philippum aggredi auderent. 1. Ob ipſam rationem quam *Wolfius* attulit, quæque haud equidem video quomodo dilui

poſſit.

poſſit. 2. Quoniam iſto tempore hoc modo ſe res habuerunt. Olynthii ſocii erant Philippi, cumque eo contra Athenienſes pugnabant. Poſtea eum ſuſpectum habere cœperunt, cùm quòd celerem ejus potentiæ amplificationem & magnam, tum quòd mentem ejus infidam ac fallacem eſſe perſpicerent. Itaque cum longè illum abeſſe viderent, miſſis Athenas legatis, contra pactiones cum Philippo initas, ſeparatim cum Athenienſibus pacem iniere. Contra Philippus, (qui certè hoc ipſum non ſuſpicari, ideoque Olynthiorum ſocietati parum confidere, non poterat) cum longo jam tempore occaſionem eos invadendi ſibi cuperet offerri: tum eam nactus, quòd belli pactiones violaſſent, & cum ejus hoſtibus amicitiam fœdere ſanciſſent, bellum eis intulit. *Liban.* in Arg. ad Olynth. Equidem credo Demoſthenem, Hebraiſmo hìc uſum, neutrum pro activo poſuiſſe: quòd tamen in verbo θαῤῥέω haud alibi factum vidi. Si aliter doctis viſum fuerit, potiùs contra codicum fidem τέτοις & Φιλίππῳ reſcribendum duxerim, quàm Demoſthenem id quod & falſum & abſurdum eſt, præſertim in re tam recenter facta, dixiſſe.]

Ib. l. 3. Επράξαμϑν ἡμεῖς] S. εἰρήνlω πρὸς Ολυνθίες. Conſiderandum, utrum τὸ πράτ]ειν εἰρήνlω ſit idem quod ποιεῖν κ ſυνθέϑ : an vero τὸ μηχανᾶϑ ſignificet, id eſt, callidis rationibus pacem eſſe conciliatam, cum bellum inter eos interceſſiſſet, animis utrinque exulceratis. *Idem.*

Ib. l. 6. Ἐφορμεῖν τοῖς ἐκείνε καιροῖς] Quaſi in procinctu ſtare ad ejus occaſiones impediendas: paratam eſſe ad ipſum invadendum ſicubi impegerit: captare opportunitatem adverſus ipſum: in ſtatione eſſe: Polybius, ϛόλ☉ ἐφορμῶν ταῖς τε Φιλίππε ἐπιβολαῖς. *Idem.*

Ib.

Ib. l. 9. & ſeqq. Τῦτο πέπρακ]αι νυνὶ ὅπως δήπο]ε] Supra, [intelligit Olynth. 3. quam vide infrà p. 119.] γέ]ονεν αὐτόμα]ον. τὸ ὅπως δήπο]ε non tam hìc ſignificat τυχόν]ως *temerè* & *fortuito*, aut μόλις ϰ δυσκόλως ϰ ἀτελῶς, *vix*, *ægre*, *minùs abſolute*, quàm παράλειψιν quandam q. d. Factum eſt, quâ autem ratione id factum ſit, non exquiro. Libanius autem rationem explicat. [infra in Arg. ad Olynth. 3.] *Wolfius.*

Ib. l. 13. Χωρὶς γὰρ] Argumentum a turpi παραλειπ]ικῶς inſerit, periculum magis urget. χωρὶς τῆς αἰσχυνης, περιςάσης ἂν, ἀν]ὶ τῦ, περιςησομένης ἂν, κα]' ἐναλλαγὴν χρόνυ. *Idem.*

Ib. Schol l. 8. Πότε ἀτυχήσει] Redundant hæc, ideoque ab alio quovis ἐξηγη]ικῶς addita cenſuerim.

Ib. l. 12. Κα]αβαλεῖν] *Wolfius* virgulam præfixit, ſed nihil melius de ſuo ſubjecit. Legendum puto κα]αλαβεῖν.

Ib. l. 18. Ανέκοψεν] Quid ſi pro ἀνέκοψεν leg. ἀνέκυψεν, *exſurgit ?* ut ſenſus ſit, Demoſthenes in ſequent. oſtendit, non utile eſſe Olynthiis opem ferre, ſed omninò neceſſarium.

P. 85. l. 2. Εχόν]ων μὲν ὡς ἔχυσι Θηβαίων ἡμῖν] Declaratio rationis: metuendam eſſe Philippi in Atticam impreſſionem: quòd illi hoc molienti neque Thebani velint, neque Phocenſes poſſint obſiſtere. *Wolfius.*

Ibid. Εχόν]ων μὲν ὡς ἔχυσι Θηβαίων ἡμῖν] Thebani capitali odio oderant Athenienſes, quippe qui, poſt pugnas Leuctricam & quæ ad Mantineam fuit, Lacedæmoniis faviſſent, quique recenter etiam Phocenſibus contra eos in bello ſacro auxiliati eſſent. *Tourreilus.*] Quin & antea eodem animo fuerant erga Athenienſes; etenim, finito bello Peloponneſiaco, in concilio pronuntiàrunt Athenas delendas eſſe, & Atticam paſcuis ovium aſſignandam.

Theba-

Thebanos contra, Phocenſes nullo modo committendum eſſe cenſuerunt, τὴν Ἑλλάδα ἑτερόφθαλμον γενέσθαι, atque ita perſuaſum Lacedæmoniis ne Athenas everterent. Vide *Demoſt.* de fal. leg. p. 212. Ed. *Ben.* atque ibi Scholiaſten.]

Ib. l. 3. Ἀπειρηκότων τοῖς χρήμασι Φωκέων] Nimirum propter ingentes Belli Sacri ſumptus, quod novem annos duraverat. Olynthiacâ tertiâ, pag. 138. ἂν δ' ἐκεῖνα Φίλιππος λάβῃ τίς αὐτὸν ἔτι κωλύσει δεῦρο βαδίζειν; Θηβαῖοι; Μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως. Ἀλλὰ Φωκεῖς; Οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθήσηθ' ὑμεῖς.

Ib. l. 4. Μηδενὸς δ' ἐμποδὼν ὄντος] Enumeratione oſtendit, ſolos Olynthios eſſe propugnaculum Atticæ. *Wolfius.*

Ib. l. 7. Ἀναβάλλεται ποιήσειν τὰ δέοντα] Obſervetur conſtructio cum futuro & ſine articulis, quod quidem frequens eſt Demoſtheni, cum infinitivis loco nominum utitur. Fortaſſis etiam dubites, an, pro ποιήσειν, legi poſſet participium ποιήσων. Uſitatius dici videtur, ἀναβάλλεται, ἢ ἀναβαλεῖται, τὸ ποιεῖν, ἢ τὸ ποιῆσαι, τὰ δέοντα, τελέσι, τὴν ποίησιν, ὡς εἰπεῖν, τῶν δεόντων. *Idem.*

SECT. V.

Ib. l. 15. Ἀλλ' ὅτι μὲν δὲ δεῖ] Hactenus opem ferendam eſſe Olynthiis, qui & neceſſarium ſit, ad vitandum dedecus, & utile ad incolumitatem Atticæ, docuit. Nunc ad locum facultatis tranſit. Nam voluntas quidem adverſandi Philippo non deerat Athenienſibus: ſed nervus belli, pecunia deerat, quam vulgus in ſpectaculis conſumebat. Qui locus quia odioſus eſt, & plenus offenſionis, neque etiam periculi capitalis expers: longa inſinuatione

atione tandem eò pervenit, ut dicat, abrogatâ lege theatrali, pecuniam ad belli ſumptus tolerandos non defuturam. *Idem*.

P. 86. l. 5. Νομοθέτας;] Nomothetæ erant mille & unus, quanquam *Pollux* unum illum ſupra mille non recenſeat, forte electi. Is unus ſuperaddebatur, ne pares eſſent ſuffragiorum calculi. Theſmothetæ quotannis in domo publicâ, ubi Leges adſervabantur, conveniebant, ut viderent ne qua lex alteri contraria legi extaret, ne qua irrita inter ratas, neve plures de unâ & eâdem re. Quod ſi quas hujuſmodi deprehendiſſent, deſcriptas in tabellâ proponebant publicè ad Archontum Eponymorum ſtatuas: Prytanes verò concionem habebant, ut Nomethetas deſignarent. Referente Proëdro de legibus, iiſque palam pro concione a ſcriba recitatis, quiſquis volebat Leges ſuadebat vel diſſuadebat, & ſiqua abroganda Lex erat, unicuique Legi abrogandæ quinque ex univerſis Athenienſibus eligebantur patroni. Populus, expenſis utrinque rationibus, ſciſcebat quas Leges vellet e Nomothetarum, quibus tamen rem omnem integram committebat, vel antiquari vel ratas haberi. Hoc legum examen erat valdè neceſſarium in republicâ Athenienſium, ubi leges cumulandi, abrogandi, ſanciendi pruritus & φιλοκαινία dominabantur. Vide *Petit.* in Leg. Att. lib. i. tit. 2. *Poll.* lib. viii. 101. & ibi doctiſſ. *Kühn.* Vide etiam *Sigon.* de Rep. Athen. lib. ii. cap. 4.

Ib. l. 6. & ſeqq. Μὴ θῆσθε νόμον μηδένα, εἰσὶ γὰρ ὑμῖν ἱκανοὶ] Multitudo Legum regnum malè conſtitutum indicat. Cum enim leges ideo ferantur, ut perverſitatem morum reprimant, ubi multæ leges, ibi multa ſint flagitia neceſſe eſt. *Tourrellus*.

Ibid.

Ibid. Μὴ θῆσθε] *Laud.* θεῖσθε, *Ben. α.* θῆτε. *Wolfius* mavult θέσθε, & mox καὶ τῶν περὶ τῶν στρατευομένων ἐνίους, vel, omiſſo articulo, καὶ περὶ τ. σ. ε.

Ib. l. 9. Λέγω δὴ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν] Athenienſes, poſt bellum Ægineticum initâ cum Lacedæmoniis triginta annorum pace, mille talenta quotannis in ærario ſeponebant, non expendenda, niſi hoſtis in Atticam appulſus eam invaderet; ſi quis in alios uſus ea impendenda eſſe decerneret, morte erat multandus. Hæc lex eo primùm ardore, quo nova plerunque inſtituta, obſervabatur. Poſtea Pericles, quò gratiam populo iniret, auctor fuit ut viritim civibus diſtribuerentur, ad ludos & ſpectacula: hoc tamen proviſo, ut, ingruente bello, hæc pecunia in militum ſtipendia numeraretur. Utrique pariter conſenſum eſt: verùm, ut omnis diſciplinæ relaxatio ſeriùs ocyùs in licentiam degenerat, adeo populus delectabatur hâc largitione, quam Demades *Viſcum* appellabat, quo cives omnes ſe illaqueatum ibat, ut nullo omnino in caſu eam vellet detrahi, annoque quo habitæ ſunt orationes Olynthiacæ Eubulus, princeps factionis quæ Demoſtheni adverſabatur, legis auctor eſſet, qua capitali pœnâ cautum eſt, nequis pecuniam a Pericle ſpectaculis deſtinatam in militum ſtipendia numerari ſatagat. Apollodorus etiam, quòd contrarium ſuaſiſſet, multatus eſt. *Andoc.* de Pace cum Laced. *Thucyd.* lib. ii. *Diod.* Olymp. 87. an. 2. *Plut.* in Peric. *Demoſth.* contra Neæram. Hæc ea eſt Eubuli Lex quam Demoſthenes accuſat, cuique rapidos Philippi progreſſus *Juſtinus* lib. vi. acceptos refert. En ipſius verba; *Hujus morte* (Epaminondæ ducis Thebanorum) *etiam Athenienſium virtus intercidit: ſiquidem amiſſo cui æmulari conſueverant, in ſegnitiem torporemque reſoluti, non, ut olim, in claſſem & exercitus, ſed in dies feſtos,*

apparatuſque ludorum reditus publicos effundunt; & cum actoribus nobiliſſimis poetiſque theatra celebrant, frequentiùs ſcenam quàm caſtra viſentes; verſificatoreſque meliores, quàm duces laudantes. Tunc vectigal publicum, quo antea milites & remiges alebantur, cum urbano populo dividi cœptum eſt. Quibus rebus effectum eſt, ut inter otia Græcorum, ſordidum & obſcurum antea, Macedonum nomen emergeret: & Philippus, obſes triennio Thebis habitus, Epaminondæ & Pelopidæ virtutibus eruditus, regnum Macedoniæ, Græciæ, & Aſiæ cervicibus, velut jugum ſervitutis imponeret. Tourreilus. [Vide *Petit.* in Leg. Att. lib. iv. *Sigon.* de Rep. Athen. lib. iv. cap. 3. *Rhodigin.* Antiq. Lect. lib. viii. cap. 9. & *Liban.* Arg. ad ſequentem orationem.]

Ibid. Σαφῶς ὀυτωσὶ] Παῤῥησία fiduciam cauſæ præ ſe ferens. *Wolfius.*

Ib. l. 10. Τὰς περὶ τῶν ςρατευομένων ἐνίους] Juxta Solonis leges militares unuſquiſque civium per vices nomen ſuum profiteri ac per ſe militare neceſſariò tenebatur: qui ſecus fecerat, infami ἀςρατεύτου nomine notabatur, foroque & templis exulabat: quiſquis autem ordinem ſuum deſeruerat, ad Heliaſtrum tribunal ſiſtebatur, quibus pœnam etiam aggravandi animus non deerat. *Æſch.* in Cteſiph. *Demoſth.* contra Timoc. contra Neær. & de Rhod. Lib. Leges hiſce poſteriores de iis valdè derogabant, unde factum eſt, ut, labante antiquâ diſciplinâ, cuivis liceret, nullam aliam ob cauſam quàm deſidiam, militiam impunè detrectare. Demoſthenes Solonis leges iterum ut valeant cupit. *Tourrellus.*

Ib. Schol. l. 24. Οὐδὲ γὰρ ἔχομεν νόμον] Malim, οὐ γὰρ ἔχομεν νόμους; Num leges non habemus? *Wolfius.*

Ib. l. 31. Τὺς νομίμυς] *Wolfius* mavult τὺς νόμυς, aut τὺς κυρίυς; hoc minimè placet, illud alterum certè verum eſt, atque ita legit *Petitus*, qui loco ſuprà laudato hoc Scholion citat.

Ib. l. 33. Τῦτο δὲ τὸ ἔργον τῶν θεσμοθετῶν] *Petitus* loco ſuprà laudato: "Quod dicit Ulpianus, κρίνειν "τὺς νόμυς, μήπως ἐναντίοι ἀλλήλοις ἔλαθον ὄντες, fuiſſe "Theſmothetis cum Nomothethis commune, ve- "rum eſt; imo Theſmothetæ huic rei caput & "auctores præcipui erant, ut qui tenerentur, καθ' "ἕκαςον ἐνιαυτὸν ἀκριβῶς ἐξετάζειν, εἴ τις ἀναγέγραπται νό- "μος ἐναντίος ἑτέρῳ νόμῳ." Vides eum non agnoſcere vocem τινὲς, quæ ſanè delenda eſſe videtur, niſi pro ἀλλήλοις legatur ἑτέροις.

P. 87. l. 2. Διανέμυσι θεωρικὰ] *Pith.* δ. ὡς θ. mox idem, ſicut etiam *Ben.* ε. η. θ. ῥαθυμοτέρυς.

Ib. l. 5. Αθυμοτέρυς ποιῦσιν] Ἧττον προθύμυς εἰς τὸ πολεμεῖν. Cur verò? Quia & pauciores ſunt, & ignavos meliore conditione eſſe vident, quàm ſe, qui belli ærumnas & pericula tollerent. Hic indocti vulgus affectus eſt. Eruditi autem ſciunt, eos optimâ eſſe conditione, qui officio funguntur maximè. *Wolfius*.

Ibid. Επειδὰν δὲ ταῦτα] Quod dicit non dicere videri vult, ſed dicturum pollicetur, periculo remoto, ipſis auditoribus teſtibus citatis. *Idem*.

Ibid. Επειδὰν δὲ ταῦτα λύσητε] Demoſthenes multæ iſtis legibus ſancitæ caput ſuum ſubduxit cautiſſimè; quippe quòd earum abrogationem ſolùm verbo tenus poſtularet, abſque formulis ad id præſcriptis. *Tourrellus*.

Ib. l. 7. Ασφαλῆ] *Pith.* ἀσφαλῶς habet, quod ad τὸ λέγειν referendum eſſet: ſed perinde eſt utrum dixeris παράσχητε ὁδὸν ἀσφαλῆ τῦ λέγειν: an παράσχητε ὁδὸν τῦ λέγειν ἀσφαλῶς. Mox nonnulli γράψαντα,

ψαντα, ita ut Scholiaſtes legit. Atticis familiare eſt Aoriſtum pro Futuro ponere.

P. 88. l. 2. Ἄλλως τε καὶ τούτου μόνου] Propoſitio: Nemo ſuadebit optima. Ratio, quia privatim cum capitali periculo ea res conjuncta eſt. 2. Et publicè non modo, non prodeſt, ſed etiam obeſt: λογισμοὶ ἀποτρεπτικοὶ τῆς ἀλόγου τόλμης, ἐκ τοῦ τέλους καὶ τῶν ἐκβησομένων εἰλημμένοι. *Wolfius.*

Ib. l. 5. Μηδὲν δ' ὠφελῆσαι τὰ πράγματα] Τὴν πόλιν. Delectatur hoc nomine Demoſthenes γενικῷ ὄντι ἀντὶ τοῦ εἰδικῶν. *Idem.*

Ib. l. 6. & ſeqq. Μᾶλλον ἔτι ἢ νῦν —— φοβερώτερον] Obſerventur particulæ ex ſupervacaneo additæ comparativo αὐξητικῶς, ἀντὶ τοῦ, μᾶλλον ἔτι φοβερόν. vel, omiſſo μᾶλλον, ἔτι φοβερώτερον ἢ νῦν. *Idem.*

Ib. l. 8. Καὶ λύειν γε] Amphibolia quædam eſt in verbis, propter ἔλλειψιν, ut dubites utrum velit, Athenienſes poſtulare debere, ut Eubulus legem a ſe latam ipſe abroget, an ipſum Eubulum poſtulare, ut ſua lex a populo abrogetur. Sed prior ratio magis mihi placet. *Idem.*

Ib. l. 9. Δεῖ τούτους αὐτοὺς ἀξιοῦν] Δεῖ ἀξιοῦν ὑμᾶς, τούτους αὐτοὺς λύειν: id eſt, ὅπως ἂν οὗτοι αὐτοὶ λύωσι τοὺς νόμους τούτους. Poſtulandum eſt, qui haſce leges rogârunt, iidem uti abrogent. *Idem.* [Vox ἀξιοῦν in Ed. ann. 1726. 12mo non legitur.]

Ib. l. 10. Οὐ γάρ ἐστι δίκαιον] Αἰτιολογία ab injuſto: contentione conſtans utilitatis & noxæ, gratiæ & odii. *Idem.*

Ib. l. 15. Πρὶν δ' ταῦτα ἐντρεπίσαι] Πρὶν ἂν ἐντρεπίσητε. Repetit argumentum a periculoſo, ſuprà poſitum, ſed dilemmate tractatum, hoc fere modo: Qui legem hanc abrogare ſine veſtrâ auctoritate inſtituerit; aut tyrannus ſit oportet, aut amens, ſi exitium ultro ſibi accerſierit. *Idem.*

Ib. Schol. l. 20. Ἀλλὰ σὺ λύεις] *Morellius* in var. lect. ita hæc legit, uti nos edidimus. In Ed. *Wolf.* ita hæc ſententia concipitur: ἀντίπιπτον ἔλυσε, * τὸν νόμον μηδὲν δὐλαβηθείης. Quod minùs placet. Fortaſſe legendum eſt: ἀλλὰ σὺ λύε τὸν νόμον.

P. 89. l. 2. Μηδένα ἀξιοῦτε τηλικοῦτον] Τοῦτο γὰρ κατάλυσις ἂν εἴη τῆς δημοκρατίας, καὶ τυραννίς. *Wolfius.*

Sect. VI.

Ib. l. 7. Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γ' ὑμᾶς] Poſtulavit ut decernat abrogationem legis. Nunc decretum exequendum eſſe monet: non ignarus ingenii populi, τοῦ ἐν μὲν τοῖς ψηφίσμασι τὰ μέγιστα αἱρουμένου, τοῖς δὲ ἔργοις οὐδὲ τὰ ἐλάχιστα διαπραττομένου. *Idem.*

Ib. l. 13. Ἢ περὶ ὧν γράφει] Ἢ ταῦτα διαπράξασθαι περὶ ὧν γράφει. τὸ ψήφισμα γράφει περὶ τούτου videtur durum. Quid ſi γραφῇ, ἀορ. β. ὑποτακτικῷ παθητικῷ; Quibus de rebus ſcripta fuerint, ad eas res conficiendas. *Idem.* [Valdè placet *Wolfii* conjectura: atque ita etiam legitur in *Ben.* ε. η. ϑ. particula ἂν præpoſitâ.]

P. 90. l. 4. Τὸ γὰρ πράττειν] Sententia eſt conſilia, orationes, decreta referri ad agendum: actionem finem eſſe & cogitationum, & concionum, & decretorum: quæ, ſine illâ, irrita ſint omnia. Sic & virtutis laus omnis in actione conſiſtit. *Idem.* [Hanc ſententiam imitatus eſt *Salluſtius* Bell. Jug. pag. 447. Ed. *Waſſe.* *At ego ſcio, Quirites, qui poſtquam Conſules facti ſunt, acta majorum, & Græcorum militaria præcepta legere cœperint; homines præpoſteri. Nam* gerere, *quàm fieri*, tempore poſterius; re, atque uſu prius eſt.]

Ib. l. 8. Ὑπάρχειν] Cæteri impreſſi, & *Ben.* ε. η. ϑ. ὑπάρχει habent: ea certè lectio meliùs quadrat cùm ingenio populi Athenienſis, quibus nulli uſquam

quam ad concionandum ac decreta facienda promptiores fuerit, tum etiam oratoris verbis proximè ſequentibus.

Ib. l. 10. Καὶ γνῶναι πάντων, ὑμεῖς ὀξύτατοι] Auditorum gratiam captat, in laudandâ ipſorum ſagacitate; & tacitè eos ad bene agendum hortatur a dedecore, quod ſuſcepturi ſint, ſi ſecus fecerint; quanto enim ſolertiores extiterint in optimis conſiliis dignoſcendis, tanto fuerint infamiâ digniores, ſi deteriora ſequerentur.

Ib. l. 12. Ἐὰν ὀρθῶς ποιῆτε] Ἐὰν ποιῆτε τὰ δέοντα, τῶν θεωρικῶν ἀποστάντες, καὶ αὐτοὶ στρατευόμενοι. *Wolfius*

Ibid. Τίνα γὰρ χρόνον] Ab occaſione & neceſſario: quod & periculum & probrum includit, ſimul etiam odium in Philippum concitat. *Idem.*

Ib. l. 16. Ἄνθρωπος] Vide notas ſupra pag. 222.

Ib. l. 17. Εἰ δὲ καὶ ταύτης κύριος τῆς χώρας γενήσεται] Chalcidicam regionem intelligit, in quâ Philippus, jam ante quàm Olynthum obſediſſet, duo & triginta urbes ceperat. Etenim contra omnium Juſtini exemplarium fidem, quæ communi mendo laborant, auctore Fabro, *Chalcidicam* pro *Cappadociam* lib. viii. cap. 3. reponere debemus. *Tourrellus.*

P. 91. l. 1. Πάντων αἴσχιστα πεισόμεθα] Poſt πεισόμεθα *Benenatus* comma, *Wolfius* cum aliis omnibus, quæ quidem vidi, exemplaribus punctum ponit. Ego perſuadere mihi non potui quin cum interrogatione hæc legerem, tum quia minore cum vi ipſa aliàs efferentur, tum quia vim cæterarum interrogationum perperam interrumpent, & aliquatenus frangent. Quantam magnificentiam orationi afferant figuratæ hujuſmodi interrogationes, docet *Fabius* lib. ix. cap. 2. & *Longinus* ſect. 18. Vide notas ſuprà, pag. 229.

Ib. l. 2. Εἰ πολεμήσαιεν] *Ben.* ε. η. θ. poſt πολεμήσαιεν, ἐκεῖνος habet. *Pith.* ita legit, εἰ ἐκείνῳ ἑτοίμως πολεμήσειε. Conjicio legendum εἰ ἐκεῖνος πολεμήσειε. *Wolfius* ita hæc tranſtulit, *ſi bellum gererent:* notamque addit: *Si ipſi ultrò laceſſerent Philippum.* Optimè quidem hoc modo ſenſus conſtat, & argumentum a fortiori continet: ſi enim ultrò Philippum laceſcentibus auxiliaturos ſe polliciti ſunt, quanto magis eoſdem jam adjuvent oportet a Philippo bello petitos? Verùm huic interpretationi omnino non quadrat ſequens vox σώσειν, quæ certè ad eos propriè referenda eſt, quibus in ſui defenſionem, non aliorum oppugnationem ſubveniendum eſſet.

Ib. l. 5. Οὐ Βάρβαρος] Græci omnes alias nationes, non exceptâ Macedoniâ, pro barbaris habebant. Alexander, qui Xerxis tempore Macedoniæ Rex erat, ludis Olympicis, ut qui barbarus eſſet, excluſus eſt, neque iis tandem aliquando admiſſus antequam ſe Argis oriundum eſſe probâſſet. Idem Alexander, cum a Perſarum caſtris ad Græcos tranſiiſſet, ut iis prædiceret Mardonium primâ luce eos de improviſo aggreſſurum, perfidiæ crimen diluit antiquâ ſuâ origine quam ad Græcos referebat. Nihil opus fuiſſet eum ad majores ſuos recurrere, quò iſtiuſmodi prætextu ſe defenderet, ſi iſto tempore Macedonia Græciæ pars eſſet. *Tourrellus.*

Ib. l. 5. Οὐκ ὅ,τι ἂν εἴποι τις] Plura in Philippum probra conjeciſſet, ſi potuiſſet: etſi quæ hæc probra ſunt, non eſſe Athenienſem, inimicum eſſe Athenienſium, illiſque eripuiſſe illa, quæ & ipſi olim per injuriam rapuerant? Sic cauſa bona ſuperior eſt eloquentiâ inimici. *Wolfius.*

Ib. l. 7. Συγκατασκευάσαντες] Τῷ Φιλίππῳ τὰ πράγματα καὶ τὴν ἀρχήν· ἐπειδὴ ἅπαντα ταῦτα εἰωκότες, καὶ συγκατασκευακότες ἐσόμεθα. Sententia eſt, culpam

eſſe

eſſe penes ipſos Athenienſes; neque in duces, neque in oratores, neque in fortunam conſerri poſſe. *Idem.* [*Pith.* legit ϛυσκδιάσαντες.]

Ib. l. 8. Τότε] Ὅταν οἱ Ὀλύνθιοι ἀπόλοιντο. *Idem.*

Ib. Τὰς αἰτίας οἵ τινές εἰσι] Ἀντίπτωσις Ἑλληνικὴ, ἀντὶ τοῦ, τίνες εἰσιν οἱ αἴτιοι τούτων. *Idem.*

Ib. l. 11. Οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς τοῦ πολέμου κινδύνοις] Ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ ταῖς μάχαις. Noto exemplo rem illuſtrat, quod & ipſe ad Chæroneam imitatus ἐν τῇ μάχῃ καλὸν οὐδὲν, οὐδ' ὁμολογούμενον ἔργον οἷς εἶπεν ἀποδειξάμενος ᾤχετο λειπὼν τὴν τάξιν, ἀποδρὰς αἴσχιστα καὶ τὰ ὅπλα ῥίψας, οὐδὲ τὴν ἐπιγραφὴν τῆς ἀσπίδος αἰσχυνθεὶς, ἐπιγεγραμμένης γράμμασι χρυσοῖς ἀγαθῇ τύχῃ. Verum ille Iambico verſu id convitium eludere ſolebat, cum diceret, ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. *Idem.*

P. 92. l. 6. Εὔξασθαι μὲν] Vide notas ſupra p. 309.

Ib. l. 10. Προτεθῇ] *Voſſ.* προτιθῇ.

S E C T. VII.

Ib. l. 13. Εἰ δέ τις ὑμῖν τὰ θεωρικὰ ἐᾶν] Ὑποφορὰ, de aliâ ratione ſumptuum exquirendâ. Sicut in 1. [3. p. 142.] Λέγουσι δ' ἢ καὶ ἄλλους ἑτέρους πόρους. *Wolſius.* [In nonnullis ἔχοι vel ἔχῃ legitur.]

Ib. Schol. l. 8. Ὅτι οὐ δύναμαι ——— ἡμέτερα] Sententia poſtulat ut legamus δύναμαι — ἡδέα: & ſic quidem *Morellius* in variis lectionibus, ut etiam *Wolſius* legendum vult: in ejus autem Edd. pro ἡμέτερα ἡδύτερα reperitur, quod profectò propriùs accedit.

Ib. l. 15. Ζηλεῖτε, φησὶ] *Morellius* in var. lect. Ζηλεῖτε, φησὶ, παρὰ τοῦ ϛυμβούλου ἡδέα· δῆλον, ὡς ἔοικεν. *Wolſius* mavult, Τί ζηλεῖτε παρὰ τοῦ ϛυμβούλου; δῆλον, ὡς ἔοικεν, ἀπαιτεῖτε· οὐ γὰρ μόνον &c.

P. 93. l. 2. Φημὶ ἔγωγε] Conceſſio hypothetica, cui mox ſubjicit inficiationem: ſine theatrali pecuniâ non ſuppetere belli ſumptus. *Wolfius.*

Ib. l. 7. Ἀλλ᾽ οἶμαι μέγα] Eſt & hoc σκωπτικόν. ſignificat enim eos amantium inſtar ſibi ſomnia fingere. *Idem.*

Ib. Schol. 4. Τύχης ἡγούμενον] *Wolfius* certiſſimâ emendatione reponi vult εὐχῆς ἡγούμενος: τὸ, τύχη omninò nihil huc pertinet: mox idem εὐπορῆσαι, quod ſententia poſtulat; εὐ & ἀ ſæpe librariorum incuria mutantur.

Sect. VIII.

P. 94. l. 2. Οὗτοι σωφρόνων] Iterum dedecus inculcat, & ipſorum exemplum amplificat: Si, inquit, Megarenſes rectè oppugnâſtis; quanto magis oppugnandus erit Philippus? *Wolfius.*

Ib. l. 3. ἐλλείποντάς τι] Sic ordina: ἐλλείποντάς τι τοῦ πολέμου, δι᾽ ἔνδειαν χρημάτων: & mox δι᾽ ἀπορίαν ἐφοδίων τοῖς στρατευομένοις, ſcilicet δοθησομένων, ἢ ἀναγκαίων ὄντων. Εφόδια verò intelligo τὰ σιτηρέσια, de quibus Philippica 1. [Vide notas p. 241.] *Idem.*

Ib. l. 6. Κορινθίους] Demoſthenes Athenienſium virtutem recalefacere ſtudet, in memoriam ipſis revocando inſignem patrum ipſorum expeditionem circiter ſæculum ante factam. Simul atque Græcia confœderata Perſarum Regem propulsâſſet, ſtatim victores in ſe invicem arma verterunt. Athenienſes ac Lacedæmonii ſuis utrique partibus præfuerunt. Reliqui, prout quoſque aut voluntas aut commodi ratio trahebat, vel has vel illas partes amplexi ſunt. Corinthii & Megarenſes illo tempore inter ſe bellabant; cauſa belli erat de finibus ſuis contentio. Megarenſes, quibus commodiùs

eſſet ab Athenienſibus quàm a Lacedæmoniis auxiliandum, ab his elapſi ſunt ut illis ſe conjungerent. Corinthii minimè hoc erant perterriti, ſeque perſuaſiſſimos habentes, Athenienſes, in Ægypto & Æginâ occupatos, ad novum hoc bellum ſufficere non poſſe, in Megarenſium fines ſe intromisêrunt. Athenienſes verò non tam virium ſuarum quàm virtutis ſuæ rationem habuerunt. Senes Juveneſque, qui ſervabant domi, ad ſocios defendendos unà alacres profecti ſunt, quæſivere hoſtem, ac profligârunt. *Tourrellus.*

Ib. Καὶ Μεγαρέας] Megara, inſignis Græciæ urbs, æquali ferè a Corintho & Athenis intervallo diſſita prope ſinum Saronicum. Hoc bellum contigit duodecim annos poſt bellum de quo in præcedenti notâ dictum eſt. Megarenſes, poſtquam præſidiarios Athenienſium milites trucidâſſent, Lacedæmoni, ac Corintho etiam ipſorum capitali hoſti, contra quem Athenienſes ipſorum cauſam ſuſcepiſſent, ſe conjunxêre. Athenienſes eorum tam perfidâ defectione animoque adeo ingrato commoti injuriam ulciſci decreverunt. Itaque Megarenſibus denuntiârunt, ne terram Cereri & Proſerpinæ ſacratam contra fas excolerent: quâ admonitione detrectatâ, eos aditu in portus & regionem Atticæ decreto interdixêre: idque decretum acerbius bellum Peloponneſiacum accendit. Ex oratione Demoſthenis credideris, bella de quibus loquitur ab auditoribus ſuis fuiſſe geſta. Hujuſmodi Anachroniſmis uti Eloquentiæ conceditur, quæ hoc modo ad poſteros transfert majorum ſuorum gloriam. Optima eſt hæc ratio in animos hominum ſe inſinuandi, adque intimos affectus rectâ viâ incedit. Nullum nos ita movet exemplum ut noſtrum; nihilque eſt quod quis tantum, quantum ſemetipſum, imitari geſtiat. *Idem.*

Ib. l. 10. Καὶ ταῦτ' ὀχ' ἵνα] Ἐπιδιόρθωσις, quâ excuſat aſperitatem orationis, fine, & exemplo majorum, cum reprehenſione adverſariorum. *Wolfius.*

Ib. Schol. l. 42. Ὄργια τῶν Θεῶν] Fortaſſe addendum γινόμενα ἐν αὐτῇ. *Idem.*

P. 95. Schol. l. 1. Ὀργῶν αὐτῇ] Omnino, cum *Wolfio*, ἐν αὐτῇ redundare puto : vel potius ſuo loco turbata ad præcedentia ὄργια τῶν Θεῶν retrahi debere.

P. 96. l. 2. Τὸν Ἀριστείδην ἐκεῖνον] Ariſtides, Juſtus cognomine, non nihil ad victorias Marathoniam ac Salaminiam contulit, atque Athenienſium ad pugnam Plateæ dux erat. Eum jure etiam dixeris Athenarum in Græcia imperii primi jeciſſe fundamenta. Ariſtidis virtus apud omnes reverenter habita id potiſſimum effecit ut Græci, poſtquam Perſas viciſſent, Athenarum potiùs quàm Spartæ dominationi ſe ſummitterent. Plato, accuratus ille hominum æſtimator, in Gorg. [pag. 526. Ed. *Serrani*] eum omnium Græcorum perfectiſſimum atque integerrimum fuiſſe teſtatur. *Tourrellus.*

Ib. Τὸν Νικίαν] Alius dux Athenienſium, ditiſſimus, itemque maximè munificus, occubuit bello Siculo, quod ne ſuſpicerent omnibus modis cives ſuos dehortari voluit ; verùm apud eos Alcibiadis ipſius æmuli auctoritas prævaluit. *Idem.*

Ib. Τὸν Περικλέα] Hic vir & patriæ & ſæculi ſui decus fuit. Scientiâ politicâ, militari, atque Eloquentiâ pariter inſignis. Ex his tot ac tam præclaris dotibus tanta ei Athenis nata eſt auctoritas, ut ab iis qui ipſi invidebant pro novo Piſiſtrato haberetur. Unde factum eſt, ut primò neceſſe illi eſſet moderatione, atque obſequio, etiam plus quàm decuit, in ſuâ agendi ratione uti. Poſtquam verò tantam poteſtatem nactus eſſet, quantâ opus fuit ad liberè agendum, tum ille Athenienſium mollitiæ haud

haud diutius indulſit, verùm tantâ cum ſeveritate ſingulos in officio continebat, ut iidem homines, qui, ab ipſo gloria cumulati, eum viciſſim omni honorum genere oneraſſent, de ſupplicio ei infligendo cogitarent. Plato voci publicæ de Pericle fidem abrogare audet, ipſumque populi Athenienſis corrumpendi inſimulat. Quid, inquit is philoſophus, de Equiſone ſentiamus, qui equum curare in ſe receperit, eumque feriorem reddiderit, quàm acceperat? *Plat.* in Gorg. [pag. 516. Ed. *Serran.*] *Idem.* [Vide *Plutarch.* in Pericle, & *Iſocratem* in Orat. περὶ ζεύγους.]

Ib. l. 4. & ſeqq. Ἐξ οὗ οἱ διερωτῶντες ὑμᾶς οὗτοι πεφήνασι ῥήτορες τί βούλεσθε, τί γράψω] Oratores id unicè quærebant ut populum gubernarent; populuſque ſola erat adulatione gubernandus. Ad eum igitur id imperium pertinebat, qui ad aſſentationem eſſet eruditiſſimus, vel potiùs qui deceptoris partes agere potiſſimùm calleret. In hoſce homines, tam turpiter obſequioſos, & populari gratiæ ſervientes, certè non minùs quàm Orator noſter, invehitur Ariſtophanes in Equitibus Act. I. Sc. 1. & 2. idemque in Veſpis 2. Ariſtoteles, de Rep. lib. iv. cap. 4. lib. v. cap. 6. & 11. Iſocrates, de Pace. Quicunque, exclamat Demoſthenes, in Oratione de Rep. Ord. Quicunque Reipublicæ prodeſſe velit, primò auribus veſtris mederi debet, nihil aliud audire aſſuefactis quàm quod eas titillet. Cleones & Cleophones, inquit Demetrius Phalereus, 1 De Eloq. c. 315. hoc eſt, aſſentatores populum Athenienſem totum poſſident, qui non niſi iſtorum auribus atque intellectu uti vult. *Idem.*

Ib. l. 6. προπέπωται] Valdè delectatur hac metaphora Demoſthenes. Sic alibi dixit προπίνειν τὴν πατρίδα τοῖς ἐχθροῖς: & τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες.

De

De vocis Etymo haud noſtrum eſt diſſerere: adeas *Hen. Steph. Bud. Suid.* & *Harpocrat.*

SECT. IX.

Ib. l. 11. Καί τοι σκέψασθε] Collatio reipublicæ majorum & ſuæ ætatis: qualis eſt apud Iſocratem, ſed multò copioſior in Areopagiticâ, & oratione de Pace. Hunc autem ſervat ordinem, ut primùm de Græcâ, deinde de urbanâ adminiſtratione dicat, denique magiſtratuum privatas res conferat: & populo torporem excutere ſtudeat. *Wolfius.*

Ib. l. 11. & ſeqq. Καί τοι σκέψασθε — τῶν προγόνων ἔργων καὶ τῶν ἐφ' ὑμῶν] *Fabius* lib. vi. cap. 5. *Idem* (Demoſthenes) *cum offenſam vereretur, ſi objurgaret populi ſegnitiem, in aſſerendâ libertate reipublicæ, majorum laude uti maluit, qui eam fortiſſimè adminiſtraſſent. Nam & faciles habuit aures, & natura ſequebatur, ut meliora probantes pejorum pœniteret.* Vide *Dionyſ. Halicarnaſſ.* cap. de figuratis cauſis.

Ib. Schol. l. 20. Τῷ ςόμαλι] *Morellius* in var. lect. uti & *Wolfius* in margine, τῷ πώμαλι habet. Fortaſſe ita hæc legenda ſint: δεξιωσάμενος αὐτὸ (ſcilicet τὸ ποτήριον) τῷ ςόμαλι: ut hic ſenſus ſit: *cum quis — accepto* a pincerna *poculo, eoque leviter delibato* &c.

Ib. l. 29. Τί ἂν οἱ πρόγονοι ἐμίσεν αὐτὰς] *Wolfius* in margine; τὰς προγόνες ἐμίσεν αὐτοὶ: quæ certiſſimè germana lectio eſt, quamque ſententia omnino poſtulat.

P. 97. l. 3. Οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις] Τὸ τελικὸν αἴτιον τῦ διηγήματος, ἡ κοινωφέλεια. σύνοικὸν δὲ τῦτο. Sic Iſocrates Παραινέσει: τὰς τῦ πατρὸς προαιρέσεις ἀναμνησθεὶς οἰκεῖον καὶ καλὸν ἕξεις παράδειγμα τῶν ὑπ' ἐμῦ λεγομένων:

&

& in Philippica: ἀθυμῶ ἢ διότι μηδὲν ἀλλοτρίοις παραδείγμασι χρώμενος, σὲ παρακαλῶν τυγχάνω. *Wolfius.*

Ib. l. 5. Ὑμῖν εὐδαίμοσιν ἔξεστι γινέσθαι] Obſerva pares caſus, qui verbum antecedunt & ſequuntur. Iſocrates: τῶν προσποιησαμένων εἶναι σοφιστῶν. Martialis;

Nobis non licet eſſe tam diſertis.

Ib. l. 8. & ſeqq. Πέντε μὲν καὶ τετταράκοντα ἔτη] Iſocrates in Panegyrico habet ἑβδομήκοντα, in Panathenaico πέντε καὶ ἑξήκοντα: & Obſopæus in veteri exemplari legi oſtendit ξέ. Fortaſſis hìc legendum καὶ ἑξήκοντα. Tertia Philippica verò ſcribit, ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι προστάται ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία τῶν Ἑλλήνων ἐγίνοντο. Chronologiam a Pauſaniæ Spartani interitu uſque ad cladem Helleſponticam puto perducendam: poſtquam, captis a Lyſandro Athenis, Lacedæmonii terrâ marique rerum potiti ſunt, donec iiſdem victis ad Cnidum, Conon patriæ opes & dignitatem aliqua ex parte recuperavit: quas ſociali bello Chares denuo evertit, nec multò pòſt Philippus in Græcia graſſari non armis magis quam auro Macedonico & proditione, ac dominari cœpit: cui Demoſthenes, quantum potuit, eſt adverſatus. *Idem.*

Ibid. Πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη] Vide *Meurſ.* de Fort. Athen. cap. 10. Ibi quidem, etiam uti in utraque *Wolfii* Editione, ἑξήκοντα legitur, quibus *Pith.* concordat. *Voſſ. Laud.* & *Ald.* τετταράκοντα exhibent, quod profectò confirmatur ex oratione de Rep. Ord. ubi tota hæc comparatio ad verbum ferè iterum occurrit, & legitur ut hìc, πέντε μὲν τοίνυν καὶ τετταράκοντα ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἦρξαν ἐκεῖνοι ἑκόντων. *Wolfius* autem & ibi pro 45 legendum putat 65. ξέ pro μέ: niſi quis (ipſius verba ſunt) fortè cavilletur, legitimum imperium 45 duraſſe annos: reliquis, in tyrannidem degeneraſſe. Sed & perpetua

petua tyrannis illa fuit, aut certè πειθανάγκη: & hæc exceptio non decet laudatorem.

Ibid. Πέντε &c. ἑκόντων] A quarto anno Olympiadis 75. ad ſecundum octogeſimæ quintæ. Poſtquam Græci ex pugnis Salaminia & Platæenſi didiciſſent, quid virtus ac diſciplina contra multitudinem poſſent, conſilia iniêre quomodo adverſus nova Perſarum regis molimina ſe præmunirent. Unaquæque Græciæ urbs ſingulare quodammodo imperium erat. Multitudo ducum multa ſecum neceſſariò fert incommoda: hæc igitur ut præcaverent, conſtituêre unum totius nationis imperatorem eligere, idque munus omnes ad Pauſaniam Lacedæmoniorum regem unanimes detulerunt. Illo Rex brevi abuſus eſt, eóque proceſſit ut etiam cum Perſis clandeſtinum haberet conſilium Græciæ iis ſubjugandæ, hac ſcilicet conditione, ut eam ſibi præfecti nomine provinciam nanciſceretur. Itaque eum Spartani revocarunt, & principatûs pertæſi, qui reges ſuos efficeret tyrannos, eum ultro ad Athenienſes tranſtulêre. Hi delatum accepêre: nullumque tum temporis conſilium cœpere niſi in generalibus conventibus ad Delum habitis. Ibi definierunt quid ſingulæ urbes ad communem cauſam promovendam conferrent: quæ tamen omnes ſuis legibus gubernabantur. Ut verbo dicam, Athenienſes uſque ad bellum Peloponneſiacum principatum ita tenuerunt, ut ex ipſorum ſtudio ſolùm muneris ſui cum dignitate adimplendi intelligeretur, quique inferiores erant, æqualitatis tamen ſimilitudinem reliquam haberent. Itaque clades Xerxis, atque initium belli Peloponneſiaci duæ ſunt Epochæ, quæ quadraginta quinque annos complectuntur, quibus Athenienſes imperium obtinuere in Græcos ſponte ſua ſubditos. Etenim poſt bellum Peloponneſiacum, Athenis iniquo animo

mo paruerunt : & ipſe Thucydides, quamvis Athenienſis, confitetur omnes hujus belli curſu in Lacedæmonios inclinatione animorum propendiſſe. Additis igitur viginti ſeptem annis belli Peloponneſia, quadraginta etiam quinque inter cladem Xerxis & hoc bellum elapſis ; duraverit Athenienſium imperium ſeptuaginta duos annos integros, ſive ſeptuaginta tres inchoatos. Demoſthenes, juxta poſteriorem hunc calculum, in tertiâ Philippicâ dicit Athenas Græciæ imperâſſe annos tres & ſeptuaginta. Eâdem ratione Iſocrates, cum hoc imperium tantùm annos ſexaginta quinque durâſſe dixiſſet, ejus durationem alio in loco ad pluſquam ſeptuaginta extendit. Facilè hæc diſcrepantia componitur, diſtinguendo tempore quo Græci volentes, quoque inviti Athenienſibus paruerint. *Tourrellus.*

Ib. l. 20. Μυρία τάλαντα] Id eſt, circiter vicies centum mille libras noſtrâ monetâ. Vide ſupra pag. 251. Ingentem ſanè pecuniæ ſummam, quamque ut congererent, maxima frugalitate præditos fuiſſe oportuit Athenienſium majores.

Ib. l. 11. Συνήγαγον] *Pith.* ἀνήγαγον.

Ib. Schol. l. 21. Περδίκκας ὁ ἀδελφὸς] In noſtro legebatur Περδίκκας ὁ θεῖος Ἀμύντου, ἀδελφὸς Φιλίππου τοῦ πατρὸς Φίλιππος. Rectiſſimè *Morellius* in var. lect. & *Wolfius*, in margine ita hæc legenda indicant, uti nos ipſa edidimus : ſatis enim notum eſt, Philippi patrem Amyntam fuiſſe. Neque etiam ſic omnia rectè habent : etenim pro θεῖος legendum υἱὸς, cum tres fuerunt Amyntæ filii, Alexander, Perdiccas, & Philippus. Vide Diod. lib. xv. Quæ ſequuntur obſcura adhuc videntur & quidem mutilata.

P. 98. l. 1. Ὥσπερ ἐστὶ προσῆκεν] Quo autore ? Philautia & arrogantia Græca. Barbari enim reſpondeant,

ſpondeant, vel ſua cuique nationi tenenda eſſe, vel, quæ plus armis poſſit, rectè victis imperare. *Wolfius.* [Iphigenia in Euripide pag. 64. par. 2.

> Βαρβάρων δ' Ἕλληνας εἰκὸς ἄρχειν, ἀλλ' οὐ βαρβάρους,
> Μῆτερ, Ἑλλήνων, τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἱ δ' ἐλεύθεροι.]

Ib. l. 2. Πολλὰ δὲ καὶ καλὰ &c.] Ad Marathonem, Salamina, & Plateas. *Tourrellus.*

Ib. l. 9. & ſeqq. Δημοσίᾳ μὲν τοίνυν, οἰκοδομήματα —— κατεσκεύασαν] Ad hæc ſic ait Scholiaſtes: οὐ περὶ τῶν οἰκοδομημάτων λέγει, ἀλλὰ τῶν ἀναθημάτων, καὶ γὰρ τούτων εἰσὶν ἴσως ὑπερβολαί. Non video quare Ulpianus non admittat hæc verba oratoris debere intelligi de ædificiis, ſed tantum dè donariis. Nam & magnificè ædificaverat Pericles Propylæa & Odeum, uſus opera Mneſicli Architecti, de quibus Plutarchus in Pericle, & de Propylæis quidem gloriabantur Athenienſes; teſtis Æſchines in oratione περὶ παραπρεσβείας: ἀνιστάμενοι δὲ οἱ συντεταγμένοι ῥήτορες, περὶ μὲν τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως οὐδὲν ἐνεχείρουν λέγειν, ἀποβλέπειν δὲ εἰς τὰ προπύλαια τῆς πόλεως ἐκέλευον ἡμᾶς, καὶ τῆς ἐν Σαλαμῖνι πρὸς τὸν Πέρσην ναυμαχίας μεμνῆσθαι καὶ τῶν τάφων καὶ τῶν προγόνων, &c. Et ob ejus ædificii magnificentiam in invidiam adducebantur a vicinis, teſtis idem Æſchines in eâdem oratione, Ἐπαμινώνδας στρατηγὸς οὐχ ὑποπτήξας τὸ μὲν τῶν Ἀθηναίων ἀξίωμα, εἶπε διαῤῥήδην ἐν τῷ πλήθει τῶν Θηβαίων, ὡς δεῖ τὰ τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλεως προπύλαια μετενεγκεῖν εἰς τὴν προστασίαν τῆς Καδμείας. Ex his patet, quantum hallucinatus ſit Scholiaſtes: locum Demoſthenis non debere intelligi de ædificiis; ſed tantùm de donariis περὶ ἀναθημάτων, tanquam ſi Minervam Phidiæ tantùm & alia donaria ſola digna admiratione fuiſſe cenſuiſſet. Nam & ipſe Demoſthenes infra contra Androtionem [uti etiam Orat.

Orat. de Rep. Ord.] ædificia magnifica recenſet, ſic: προπύλαια, ὁ Παρθενὼν, ςοαὶ, νεώσοικοι. *Palmerius*. [Vide infra p. 352. & ſeqq.]

Ib. l. 12. Αναθημάτων] Ἀνάθημα Græcis non dicitur de omni re, quæ diis conſecrabatur, ſed de illo tantùm genere donorum, quæ ſuſpendi poterant, aut in excelſo & conſpicuo loco ſtatui, ut eſſent templis ornamento, qualia ſunt phialæ aureæ & argenteæ, tripodes, acerræ, corollæ, & ſimilia. Vide *Salmaſ. Plin.* Exercitat. in Solin. Polyhiſt. qui plura ibi diſputat de voce ἀνάθημα, eamque nuſquam apud Græcos in malam partem accipi, pro ἀνάθεμα, contendit.

P. 99. l. 1. Εν τῷ τῆς πολιτείας ἤθει] Ἤγουν τῷ δημοκρατικῷ ἐν ᾧ αἱ ἰσότητες εὐδαιμονοῦσιν. *Wolfius*.

Ib. & ſeqq. Εν τῷ τῆς πολιτείας ἤθει μένοντες ὥστε τὴν Ἀριστείδου, καὶ τὴν Μιλτιάδου &c.] Nemini unquam animus ab re omiſſior fuit, quàm Ariſtidi & Miltiadi. Ariſtidis tota hæreditas ad eum efferendum non ſuffecit, neque ille duabus ſuis filiis quidquam præter gratorum civium miſericordiam reliquit. Qui Miltiadi invidebant paulo poſt pugnam Marathoniam effecere, ut is quinquaginta talentis mulctaretur. Quam pecuniam, quòd ſolvere non poterat vir qui non alias divitias quàm gloriam ſibi cumulare noverat, in vincula publica conjectus eſt, ibique, cum ſummo patriæ ſuæ dedecore, diem obiit ſupremum. [Vide Cor. Nep.] *Tourrellus*.

Ib. l. 3. Εἶδεν] Cæteri omnes impreſſi & MSti οἶδεν habent. Ea lectio certè melior eſt, cum indicet illorum domos ne diſtingui quidem poſſe a cæteris. Sic etiam Orat. de Rep. Ord. ὥστε τὴν Θεμιστοκλέους, τὴν Κίμωνος, καὶ τὴν Ἀριστείδου, καὶ Μιλτιάδου &c. εἴτις ἄρα οἶδεν &c. Confirmatur etiam a ſequentibus ὁποία πότ' ἐστιν.

Ib.

Ib. l. 7. Τὸ κοινὸν αὔξειν] *Horatius*, Od. ii. 15.

> *Privatus illis Cenſus erat brevis,*
> Commune *magnum* ——

Ib. l. 10. Ἴσως διοικεῖν, μεγάλην εἰκότως ἐκτήσαντο εὐδαιμονίαν] *Eurip.* Phœniſſ. Act. ii. Sc. 1.

> κάλλιον ——
> Ἰσότητα τιμᾷν· ἣ φίλες ἀεὶ φίλοις,
> Πόλεις τε πόλεσι, ξυμμάχες τε ξυμμάχοις
> Συνδεῖ. τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ,
> Τῷ πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίςαται
> Τὔλασσον ——

Ib. l. 14. Ὑπὸ τῶν χρηςῶν] De Eubuli hoc cognomento nihil mihi conſtat, ſed de Phocione ſic ſcribit Plutarchus: ὥςε θαυμάζειν, ὅπως καὶ ὁπόθεν τραχὺς ὄτως ἀνὴρ καὶ σκυθρωπὸς ἐκτήσατο τὴν τῦ χρηςῦ προσηγορίαν. *Wolfius.*

Ib. Schol. l. 3. Ἀλλὰ τῶν ἀνα.] *Wolfius* legiſſe videtur οὐδὲ; vertit enim *neque de donariis.* Utcunque legat, equidem haud video quare tantopere hallucinatum Scholiaſten *Palmerius* dicat. Scholiaſtis hic ſenſus eſt. Ædificia & donaria, utcunque ſint ſplendida (id enim haud negat) ſuperari fortaſſe poſſunt: non item facinora, propter quæ hæc donaria ſuſpenſa ſunt: ideoque de his, non illis etiam, dici, ὥςε μηδενὶ τ. ε. ὑπερβολὴν λελεῖφθαι.

Ib. l. 9. Πλαταιέων] Ea vox incolas Platæarum, non ipſas Platæas ſignificat, quod tamen hìc opus eſt, ſicut antea ἐκ Σαλαμῖνος: itaque haud dubitatavi Πλαταιῶν reponere.

P. 100. l. 1. Ἄρά γε ὁμοίως] Interrogatio negans, & propoſitio hujus loci: Noſtri magiſtratus ſunt veteribus diſſimillimi: κατὰ παράλειψιν. *Wolfius.*

Ib. l. 2. Καὶ παραπλησίως] Sæpiſſimè in MStis permutantur καὶ & ἢ, quod & hìc factum eſſe, nemini,

mini, opinor, dubium erit. In *Pith.* ἢ legitur. Sic noſter in Orat. de fal. leg. p. 265. ἆρά γε ὅμοια ἢ παραπλήσια τούτοις;

Ib. l. 5. Λακεδαιμονίων μὲν] Ob cladem Leuctricam, quam & Cicero ſcribit Lacedæmoniis fuiſſe peſtiferam: qua, cum Cleombrotus, invidiam timens, temerè cum Epaminonda conflixiſſet, Lacedæmoniorum opes corruerunt. Vide Diodorum 15. & Iſocratem in Philippicâ & Archidamo. *Wolfius.*

Ib. l. 6. Τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς] Οὔτε Ἀργείων, οὔτε Ἀρκάδων, οὔτε Θετταλῶν, οὔτε Κορινθίων, οὔτε Μεγαρέων, ὧν οὐδεὶς λόγος. *Idem.*

Ib. l. 10. Τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν] Id quod Orat. de Rep. Ord. & alibi dicit τὰ δίκαια ὁρίζειν τοῖς ἄλλοις, & de quo paſſim magnificè gloriatur.

P. 101. l. 1. Πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα &c.] Eam pecuniæ ſummam, recuperandæ Amphipoli deſtinatam, Chares diſſipaverat. *Tourrellus.*

Ib. l. 2. Οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ] Utrum bello Xerxeo, an Laconico? *Wolfius.*

Ib. l. 2. & ſeqq. Οὓς δ' ἐν &c. εἰρήνης οὔσης ἀπολοῦτοι] Ulpianus & Wolfius hoc intelligendum volunt de Pace quâ Athenienſes cenſuerunt libertatem Chiis, Rhodiis, Byzantinis, aliiſque defectoribus eſſe relinquendam. Si ſic res habeat, ita hæc vertenda ſunt, *quæ bello acquiſivimus per pacem amiſimus.* Magis autem naturale mihi videtur referre hæc ad eventus recentiores, veluti expugnationem Pydnæ, Potidææ, aliarumque Thraciæ urbium, quæ ſociæ erant Athenienſibus, quaſque Philippus non niſi poſt confectam cum Athenis pacem, ſecundo ejus regni anno, ceperat. *Tourrellus.*

Ib. l. 4. Ἀπολωλέκασιν οὗτοι] Ἐποίησαν ἀποστῆναι ἡμῶν διὰ τὴν τοῦ Χάρητος πολυπραγμοσύνην καὶ ὕβριν.

Vide argumentum orationis Iſocraticæ De Pace, & 16 Diodori. *Wolfius.*

Ib. l. 8. Ἀλλ' ὦ τᾶν] Hactenus τὰ ἑλληνικὰ, in quibus recenſendis, & παραλείψει uſus eſt, & Græciæ principatum amiſſum, provinciam amiſſam, pecuniam inutiliter inſumptam conqueſtus, ad extremum Philippi incrementa non prohibita, ſed aucta magiſtratibus objicit. Nunc ad τὰ πολιτικὰ tranſit, iiſque extenuatis & contemptis, invidiam conflat tribunis plebis, qui populi ignaviâ ad ſuas opes augendas abutantur: eâque occaſione ad rem gerendam eum excitat, & ad priſtinam libertatem & dignitatem recuperandam. *Idem.*

Ib. l. 11. Κονιῶμεν] *Wolfius* legit κοινῶμεν, quod certè falſum eſt, vertit autem *reficimus*: qui ſenſus ut obtineat, ſcriptum oportuit καινῶμεν. Multo melius eſt, ut opinor, κονιῶμεν, *dealbamus*, propiuſque tangit futilem ac inanem Eubuli aliorumque τῶν χρηστῶν rerum adminiſtrationem. Et ſic præter noſtrum *Laud.* & *Ald.*.

Ib. Schol. l. 14. Εκλήσαντο] Ex *Wolfii* mente repoſui ἀνεκλήσαντο, quod etiam ſententia omnino poſtulat.

P. 102. l. 4. Εκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν] *Pith.* ταχὺ πλούσιοι habet, quod certe recipiendum eſt. In voce ταχὺ tota vis ſententiæ ponitur: nemo enim alicui vitio vertat, quòd dives factus ſit: ſiquis autem ad magnas divitias derepente pervenerit, in eum demum jure cadet ſuſpicio fortunæ malis artibus amplificatæ: juxta illud Menandri: οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν. Noſter Philipp. iv. p. 86. Καὶ γάρτοι τούτων μὲν ἐκ πτωχῶν ἔνιοι, ΤΑΧΥ πλούσιοι γεγόνασι &c. Et ſic *Cicero* ad verbum, Philipp. viii. p. 521. Ed. *Græv.* *Ex mendicis* REPENTE *divites* &c. De iſtiuſmodi hominibus vide *Ariſtoph.* in *Plut.* & alibi paſſim.

P. 103. l. 11. Βοΐδια] *Pith.* & *Ben.* γ. βοηδρόμια: quod hìc legi etiam Scholiaſtes docet. Ineptè, ſi quid uſquam. Etenim quem hìc ſenſum elicies ex voce βοηδρόμια? Et quomodo dixeris βοηδρόμια πέμψωσιν? In Orat. de Rep. Ord. ubi tota hæc comparatio iterum occurrit, legitur ἀγαπᾶτε ἂν τι αὐτοὶ μεταδιδῶσι, λαμβάνοντες. Vide, ſi vacat, quas nugas agat *Mauſacus* ad Harpocrationem, voc. Βοηδρόμια.

Ib. l. 12. Χάριν προσοφείλετε] Hìc πρὸς eſt *ultrò* (ſive *inſuper*) ſicut dixit *Livius* lib. iv. *Interim Galli, poſtquam accepere, ultro honorem habitum violatoribus juris humani.* Id eſt, præterquam quòd pœnas non dederunt, inſuper honorem habitum.

P. 104. l. 2. Επάγουσιν] *Pith.* & *Ben.* η. ὑπάγουσιν.

Ib. l. 4. Εςὶ δ' οὐδὲ πωτ' οἶμαι] Αντίθεσις τῇ ἀλωπεκῇ τὴν λεοντῆν. Sed quæri poſſit, utri magis accuſandi ſint: iine qui ferocem populum, efferatis (ut *Livius* ait) militia animis, mitigandum armorum deſuetudine rati ſunt: an qui eundem, jam imbellem & effœminatum, & repugnantem, ad eadem reſumenda incitarunt? Dignitas imperii præclara ſanè res eſt, ſi ſis & dignus & par gerendo tuendoque imperio: ſin minus, alia omnia & facienda & ferenda. Sic ſenſit Æſchines, nec diſſenſit Iſocrates: hanc ſententiam eventus ipſe comprobavit, teſtis gravior quam judex. *Wolfius.*

Ibid. Μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν] Veriſſima ſententia. Minutæ & ſcrupuloſæ actiones quaſi comminuunt & diſcerpunt animos, & humi abjiciunt. Magnæ autem res eoſdem erigunt & dilatant. Sic Cic. 1. de Officiis: *Quæ cura* (defendendi & juvandi plures) *exſuſcitat etiam animos, & majores ad rem gerendam facit.* Idem eodem libro negat,

 magni-

magnitudinem animi declarari poſſe niſi in republica, τῇ γὰρ ὕλῃ τῇ ὑποκειμένῃ, συνεπεκτείνεται ἡ ψυχὴ, ἕξιν τινὰ δυσμετακίνητον, καὶ ἰσομεγέθη τοῖς πράγμασιν ἐγχαραττομένη. *Idem.* [*Longin.* Sect. 9. περὶ Ὕψους, hanc propoſitionem converſam habet: οὐδὲ γὰρ οἷόν τε μικρὰ καὶ δουλοπρεπῆ φρονοῦντας καὶ ἐπιτηδεύοντας παρ' ὅλον τὸν βίον θαυμαστόν τι καὶ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐξενεγκεῖν ἄξιον.]

Ib. Schol. l. 27. Ἐπειδὴ ᾔσθετο &c.] In noſtro valdè hæc turbata ſunt; igitur ſecuti ſumus *Wolfium* in margine. Interea non poſſumus ſatis admirari noſtri Scholiaſtis ſagacitatem, qui tam bellam rationem invenerit, propter quam per Cererem hic jurat Demoſthenes.

Sect. X.

P. 105. l. 3. Ἐὰν οὖν] Accedit ad perorationem. Sunt enim præcipuæ duæ partes hujus orationis: una, quæ breviter abſolvitur, Olynthios eſſe defendendos, quamvis ſit principalis: altera, theatralem pecuniam faciendam eſſe militarem, hoc eſt, convertendam eſſe in ſtipendia civium pro republica militantium. *Wolfius.*

Ibid. Ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι] Subintellige ἐπειδὴ οὐ πρότερον: ſicut in Orat. de Cor. p. 172. ἐπειδὴ γὰρ οὐ τότε, ἀλλὰ νῦν δεῖξον. In *Laud.* ita hæc leguntur: Ἐὰν οὖν ἔτι καὶ νῦν.

Ib. l. 11. & ſeqq. Ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε, καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτε ἰσχὺν ἐντίθησιν, οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ] Locus hic Demoſthenis apprime celebris factus eſt citationibus crebris atque imitationibus. Auctores & Profani & Eccleſiaſtici eum ad invidiam uſque laudarunt. Athenæus lib. vi. c. 20. [locus eſt p. 270.] *Iſtiuſmodi*, inquit, *alimenta*

menta ſumamus, quæ, juxta Oratorem Pæanienſem, robur haud indant, ſed tantùm mori non ſinant. S. Hieronymus in cap. iv. Ezechielis ver. 4. ad hæc verba, *Cibus autem tuus quo veſceris, erit in pondere viginti ſtateres in die*, obſervat iſtiuſmodi alimentum vitam producere potius quàm ſuſtentare : *quo trahitur magis anima quàm ſuſtentatur.* Et paulo inferiùs : *Qui cibus & potus, juxta inclytum Oratorem, non vires tribuit, ſed mortem prohibet.* Dixi plures ſcriptores imitatos etiam fuiſſe hunc oratoris noſtri locum. Philoſtratus in vita Apollonii, *Doctrinam*, inquit, *vos docebo longè diverſam ab iſtiuſmodi alimentis, quæ medici ægris præſcribunt. Etenim non ſolùm ne vos moriamini efficiet, verùm etiam vires vobis addet.* Dio lib. lvi. refert Tiberium nobili cuidam Romano in vincula conjecto talia dari alimenta juſſiſſe, qualia neque voluptati neque viribus tribuendis ſufficerent, ſed tantùm mortem prohiberent : δίαιταν τοιαύτην καὶ τοσαύτην, ὥστε μήτέ τινα ἡδονὴν καὶ ῥώμην παρασχεῖν μήτε ἀποθνήσκειν αὐτὸν ἐᾶν. *Tourrellus.*

Ib. Schol. l. 24. Απογινώσκοντες] Senſus loci ἀναγινώσκοντες poſtulare videtur : quod vidit *Wolfius*, vertit enim, *legentes.*

P. 106. l. 8. Καὶ παραχρῆμά γε] Non tantùm ſe ſtipendia facere, ſed omnem perturbationem diſciplinæ publicæ tolli jubere fatetur, fiduciam cauſæ præ ſe ferens. *Wolfius.*

Ibid. Τὴν αὐτὴν σύνταξιν] Utrum ἥνπερ τῶν στρατευομένων ; ut militibus, ſic cæteris etiam officio fungentibus pecuniam numerandam cenſeo. *Idem.*

P. 107. l. 3. Τοῦ δι' ἔνδειαν ἀνάγκῃ τι ποιεῖν ἀπηλλαγμένος] Ὑποθετικῶς. Videtur theatralem pecuniam relinquere in pace : tantùm in bello auferre a populo, eidemque reſtituere, ſed addito militiæ labore :

bore : ut ſit dilemmatica reſponſio: bene tecum agitur & in pace & in bello. *Idem.*

Ib. l. 5. Οἷον καὶ τὰ νῦν] Τὸ καὶ elegantiæ causâ crebrò additur. *Idem.*

Ibid. Στρατιώτης] Scilicet ἀμείνων εἶ, ἄμεινον πράττεις ὑπάρχων αὐτὸς (οὐχὶ δὲ ξένους μισθούμενος) στρατιώτης ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων, τῶν δημοσίων δήπου χρημάτων, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον. Juſtum eſt, defendere patriam: juſtum eſt, qui commodum percipit, laborem ne recuſet, & quia juſtum, etiam honeſtum. Honeſtius item eſt, militantem pro republicâ, fortis viri fungi officio, quàm publicos reditus domi in otio & per luxum abſumere. *Idem.*

Ib. Schol. l. 12. Περὶ γὰρ ῥαθύμων προσφθέγγεται] Ex *Wolfii* mente repoſui ſimplex verbum φθέγγεται. Quid ſi legamus πρὸς γὰρ ῥαθύμων προσφθέγγεται ?

Ib. l. 25. Ἀναγκάζεσθαι] *Wolfius :* Fortaſſe ἀγωνίζεσθαι. Mox idem in margine, & *Morellius* in var. lect. Οἷον ἔξω τῆς &c. ut nos excudi curavimus. Neque tamen adhuc is locus ſatis integer videtur.

P. 108. l. 7. Οὐκ ἔστιν ὅπου τοῖς &c.] Παῤῥησιαστικὴ ἐπιτίμησις τοῖς ἀργοῦσι. Eſt urbana & faceta oratio. Negat ſe uſquam dixiſſe ignavis eſſe largiendum, hoc eſt, ſe cenſere nunc, nullam eorum habendam eſſe rationem. *Wolfius.*

Ib. l. 10. Σχολάζειν] Σχολὴν ἄγειν καὶ ἀφρόντις εἶναι τῶν κοινῶν. Prius illud ad corpus, militiam, opificia pertinere videtur : poſterius hoc ad animum, providentiam, ſolicitudinem. *Idem.*

Ib. & ſeqq. Οἱ τοῦ δεῖνος] Τῶν στρατηγῶν τινος, οἷον Τιμοθέου Ἰφικράτους, Χαβρίου, προξένου, Χάρητος, Χαριδήμου, Διοπείθους, καὶ τῶν λοιπῶν. *Idem.*

Ib. l. 11. Ξένοι νικῶσι] Ἔδει δὲ τοὺς Ἀθηναίους νικᾶν. De induſtriâ verbo plauſibili eſt uſus, ad excitandos gloriæ & victoriæ dulcedine animos. *Idem.*

Ib. l. 12. Καὶ οὐχὶ μέμφομαι] Προκατάληψις μεταστατικὴ, hæc a ſe dici, non odio peregrinorum militum, ſed Athenienſium ſtudio. *Idem.*

P. 109. l. 1. Καὶ μὴ παραχωρεῖν — τῆς τάξεως] Sic Orat. de Rep. Ord. ſub finem: Αἰσχρὸν γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, αἰσχρὸν, λιπεῖν τὴν τοῦ φρονήματος τάξιν, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι παρέδωκαν. Alludere videtur ad militares ordines, quos qui deſererent infamia notabantur.

Ib. Schol. l. 3. Ἀλλ' ὥρα ἔφθασαν] Hæc verba nullum hìc ſenſum habent, quare *Wolfii* conjecturam lubens ſecutus ſum: ſed fortaſſe locus mutilus eſt. Cum eodem mox ἅπαντα lego.

N O T Æ

In TERTIAM

OLYNTHIACAM.

N O T Æ IN

Textum & Scholia.

Sect. I.

Pag. 112. l. 3. Νομίζω] Cur? quia eſtis magnanimi, quia reipub. amantes. Sic Athenienſibus id tribuit, quod etſi in eis non erat fortaſſe, tamen debebat eſſe, majus publicæ quàm privatæ rei ſtudium. *Wolfius.*

Ib. Schol. l. 4. Πρῶτος τόπος τῶν ἐξ ὑπολήψεως] Vide Hermogenem lib. i. cap. 1. περὶ εὑρέσεων. *Idem.*

Ib. l. 11. Παθητικὸν] Cum hoc loco τὸ πραγματικὸν καὶ ἠθικὸν, & non, ut alias τὸ παθητικὸν καὶ τὸ ἠθικὸν inter ſeſe opponantur: errore librarii παθητικὸν videtur ſcriptum, ἀντὶ τοῦ ἠθικόν. Sequitur enim poſtea πραγματικὸν ποιεῖ τὸ προοίμιον. *Idem.* Supra dixerat: ἔστι γὰρ ἠθικὸν ὁμοῦ καὶ πραγματικὸν τὸ προοίμιον, quod emendationem hanc certiſſimam eſſe confirmat.]

Ib,

Ib. l. 24. Τῶν ἀκροάτων] *Aldus* poſt hæc verba lacunulam reliquit. Sed utcunque ferri poteſt hæc lectio, etſi τὸ λοιπὸν & ἐπιδεχόμενα duriuſculè cohærent, ἀντὶ τοῦ, τὰ λοιπὰ μηδεμίαν ἐπιδέχεται ἀντίῤῥησιν &c. *Idem.* [In noſtro etiam erat lacuna, quam *Morellius* optimè replevit.]

P. 114. l. 1. Συνοίσειν τῇ πόλει] Vide quàm callidè præ ſe ferat, Reipub. agi cauſam potius, quàm Olynthiorum, quibus patrocinatur. *Idem.*

Ib. l. 5. & ſeqq. Οὐ γὰρ μόνον εἴτι χρήσιμον ἐσκεμμένος &c. ἀλλὰ — πολλὰ τῶν δεόντων ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν εἰπεῖν] Demoſthenis oratio hominis eſt prorſus alieni a maligno iſto abjectoque animi affectu, qui plerunque nos ad eas dotes, quibus ipſi non ſumus præditi, improbandas excitat. Ei vitio vertebatur, opera ejus lucernam olere, majoriſque ipſi oleum impenſæ eſſe quàm vinum. Hinc furi, qui in eum hâc de re jocatus eſt, reſpondit: *Scio quare lucerna mea tibi moleſta ſit.* Magis ſeriò Iphito reſpondit: *De primis meis cogitationibus non tam bene ſentio, ut Athenienſibus extemporale conſilium dare auſim.* Demadi e contra cotigêre iſte ingenii impetus, ea in effingendis imaginibus felicitas, eaque prompta atque repentina lumina, quæ nonnumquam lentæ diligentiæ longè præſtant. Noſter igitur orator ſui ipſius rationem haud habet. Vult eos ex ingeniis a ſuo longè diverſis proficere, omniaque ſive ingenii fulgura, ſive lumina maturæ conſiderationis, in rem ſuam atque uſum vertere. *Tourrellus.*

SECT. II.

P. 115. l. 4. Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς] Exordio aptè annectit propoſitionem, neque eam nudam, ſed ornatam & inſtructam, ac poeticâ fermè licentiâ tracta-

tractatam, ſic tamen, ut oratoria verecundia ſervetur. Eſt autem propoſitio generalis: Græciæ principatus eſt recuperandus veſtrâ induſtriâ. Additur circumſtantia temporis opportuniſſimi; ut non Demoſthenes, aut quiſquam alius orator, ſed ipſa occaſio conſilium dare videatur. Hanc ſi quis προκατάςασιν appellare mavult, non impedio. Sequitur enim hujus argumenti propria, his verbis: ἔςι δὴ τάγ' ἐμοὶ δοκȣ̃ντα. *Wolfius.*

Ib. l. 5. Μονονȣχὶ] Hoc additur, ne poetam potius quam oratorem agere videatur. *Cicero* Epiſt. x. *Et poſtquam de meo curſu, Reipublicæ ſum voce revocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui.*

Ib. l. 7. Εἴπερ ὑπὲρ] Graviſſima appendix, ſive, ut Ulpianus, κατασκευὴ καὶ εἰσβολὴ τȣ̃ ζυμφέροντος. Non igitur, ut video, res Olynthiorum, ſed ſalus Athenienſium agitur. Quis hìc non vigilet? Quis in ſe quicquam deſiderari patiatur? Propoſitio: Res ſtrenuè gerenda: Ratio, quia non poteritis alioqui eſſe incolumes. *Idem.*

P. 116. l. 2. Εςι δὴ, τά γ' ἐμοὶ δοκȣ̃ντα] Magna verecundia orationis. Quaſi dicat; ſiquis aliquid habet melius, facilè patior. *Idem.*

Ib. l. 3. Ψηφίσασθαι] Quatuor partes propoſitio complectitur: decretum, inſtructionemque celerem, & civium expeditionem (eſt autem in paucis verbis magna vis, ἤδη, τὴν ταχίςην, ἐνθένδε: quibus αἰτιολογίαν ſubjicit, ab ipſorum Athenienſium exemplo) denique legationem, eamque diſertam & ſtrenuam. Admirabilis eſt oratio Demoſthenica, & pauciſſimis verbis ingentem vim ſententiarum complectitur. *Idem.*

Ib. l. 5. Ενθένδε] Εξ αὐτῆς τῆς πόλεως: hinc mittendis civibus, non alibi mercenario milite conſcribendo. *Idem.*

Ibid. Βοηθήσετε] Βοήθειαν πέμψητε, ἤγουν πολιτικὴν δύναμιν, ἀλλ᾽ οὐ ξένους. Miſerunt tandem Athenienſes Olynthiis auxilio, ut in oratione Falſæ Legationis autor eſt Demoſthenes, decies mille conductitios, quater mille cives, quinquaginta triremes: quæ tamen eis omnia, proditorum ſcelere, nihil profuerunt. *Idem.*

Ib. l. 8. Ὡς ἔστι μάλιστα] Declarat id quod ſupra dixit brevius, καὶ μὴ πάθητε: remque eò reducit, ut innuat, ſocietatem Olynthiorum magis ambiendam eſſe Athenienſibus, quam Olynthiis Athenienſium: qui, ſi non juventur, facilem receptum habeant in Philippi gratiam & ſocietatem. Callida enim ratio eſt excitandi cunctantes & tergiverſantes, apponere æmulum, ut, ſi ipſi ceſſent, alium prærepturum eſſe intelligant. *Idem.*

Ib. l. 9. Δεινὸς χρῆσθαι] Vide Notas ſupra p. 261.

Ib. l. 11. Ἀξιόπιστος] Valet hæc parentheſis ad conflandum Philippo odium, & incutiendum terrorem Athenienſibus. *Wolfius.*

SECT. III.

P. 117. l. 3. Οὐ μὴν ἀλλ᾽] Terrori conſolationem miſcet, ac Philippi calliditati prudentiam Olynthiorum opponit, atque illas rationes eis affingit, quas fortaſſe non conſiderârunt, ſed conſiderare debuerunt. *Idem.*

Ib. l. 7. Ἀποῤῥήτων] Facilius tacentur & latent ea, quæ unus novit, quam quæ plures. Quanti autem interſit imperatorum ignorari conſilia, declaravit Cæcilius Metellus, cum diceret, ſe tunicam in ignem conjecturum, ſi ſciret arcanorum eſſe conſciam. *Idem.*

Ib. & ſeqq. Ἅμα καὶ στρατηγὸν, καὶ δεσπότην, καὶ ταμίαν] Demoſthenes mirabiliter hìc exponit, quanto Rex

qui

qui ſuo ipſe exercitui imperat, ſuperior ſit Imperatoribus qui cujuſvis Reipublicæ copiis præſunt. Poſt eum Titus Livius hanc ipſam rem [lib. ix.] tractavit, atque ita quidem, ut dubites annon Oratorem Hiſtoricus æquaverit. Comparatione inſtitutâ inter Alexandrum & Romanos duces, quibuſcum Regi Macedoniæ pugnandum eſſet, ſi arma ad Italiam vertiſſet, *Quin tu hominis*, inquit, *cum homine, & ducis cum duce, fortunam cum fortunâ confers. Quot Romanos duces nominem, quibus nunquam adverſa fortuna pugnæ fuit? Paginas in annalibus magiſtratuum percurrere licet, conſulum, dictatorumque, quorum nec virtutis, nec fortunæ ullo die populum Romanum pœnituit. Et quo ſint mirabiliores, quàm Alexander, aut quiſquam alius Rex; denos, vicenoſque dies quidam dictaturam, nemo plus quàm annuum conſulatum geſſit: ab tribunis plebis delectus impediti ſunt: poſt tempus ad bella ierunt: ante tempus, comitiorum causâ, revocati ſunt: in ipſo conatu rerum circumegit ſe annus: collegæ nunc temeritas, nunc pravitas, impedimento aut damno fuit: malè geſtis rebus alterius ſucceſſum eſt: tironem, aut malâ diſciplinâ inſtitutum, exercitum acceperunt. At, Hercule, Reges, non liberi ſolum impedimentis omnibus, ſed* DOMINI RERUM TEMPORUMQUE, TRAHUNT CONSILIIS CUNCTA, NON SEQUUNTUR. In tam paucis verbis quanta ſublimitas, quanta vis! *Tourrellus.*

Ibid. Στρατηγὸν καὶ δεσπότην] Athenienſium duces non erant δεσπόται καὶ αὐτοκράτορες; non licebat eis ſuo arbitratu quidvis agere, ut dictatoribus: ſed metuere iram populi cogebantur, qui decem aliquando duces, ut & ante illos virum de republicâ præclarè meritum Miltiadem Cimonis patrem, refragante Socrate, capitis damnavit. Sic fiebat, ut aliquando facerent, non quæ eſſe optima, ſed

quæ

quæ facillimè probari poſſe populo credebant. *Wolfius.*

Ibid. Καὶ ταμίαν] Quæſtorem, qui ipſe claves habet ærarii, nec expectare, cogitur dum tributa extorqueantur, ut veſtri duces. Vel ταμίαν appellat adminiſtratorem, eum qui negotiis præeſt, ut Homerus;

Ζεὺς, ὅς' ἀνθρώποις ταμίης πολέμοιο τέτυκται, &c. *Idem.*

Ib. l. 10. Ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν] Uno jubente, omnes in officio ſunt, non intercedunt prolixæ diſputationes: non expectanda eſt aliorum, eorumque non rarò diſſentientium, & malorum civium autoritas. Monarchiæ commoda, Democraticæ incommoda, vide copioſius in Iſocratis ζυμβουλευτικῷ, & in oratione περὶ ςεφάνου, ubi Demoſthenes acta ſua & copias, cum actis & copiis Philippi, eleganti contentione comparat. *Idem.*

Ib. l. 12. Ἃς ἂν ἐκεῖνος] Videtur παρ' ἱςορίαν εἶναι, confictum ad terrendos Athenienſes: ſi ipſi repudient Olynthios, præſtò eis fore Philippum, intercipiendæ ſocietatis cupidum. *Idem.*

P. 118. l. 4. & ſeqq. Ἴσασιν ἅ τ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν, καὶ Πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους] Philippus cum Amphipolin & Pydnam proditione ceperat, proditores vel auxilio vel morte ſuſtulit. Nihil tamen duobus Olynthi præcipuis magiſtratibus exemplum profuit. Etenim anno orationes Olynthiacas ſequenti, proditionem tam male remuneratam imitati ſunt, proque eâ eadem ipſi præmia accepêre. *Tourrellus.*

Ib. l. 7. Καὶ ὅλως] Hæc ſententia propriè ad illud, πρὸς τὰς καταλλαγὰς ἐναντίως ἔχει, confirmandum pertinet. Sed interſeruit periculi magnitudinem, eamque exemplis approbavit, quò firmior eſſet illa propoſitio. *Wolfius.*

Ibid.

Ibid. Ἄπιςον — ἡ τυραννὶς] Scilicet χρῆμα, ut Virgilius;

varium & mutabile ſemper
Fœmina — &
Dulce ſatis humor. — Item.
Triſte lupus ſtabulis. — Idem.

Ib. Schol. l. 14. Τὰς] Verbum ἀποδείκνυσθαι, quod planè deſideratur, ex *Wolfio* repoſui: mox cum eodem lego ἕτοιμοι ἔσονται, pro quo tamen idem in margine, & *Morellius* in var. lect. βελτίσονται legunt; deinde cum iiſdem ἐνδέχεται πεῖσαι: altera lectio ſenſu prorsùs omni caret.

Sect. IV.

P. 119. l. 1. Τἄλλ' ἃ προσήκει] Scilicet ὑμῖν. Quænam illa ſunt? Gloria majorum, Græciæ principatus, oppreſſis opitulandi conſuetudo, graſſationes & injuriæ Philippi, periculi magnitudo, niſi ei reſiſtatur. *Wolfius.*

Ib. l. 6. Οὐδὲ γὰρ λόγος, οὐδὲ σκῆψις] Videtur λόγος veram cauſam, rationem, defenſionem, excuſationem: σκῆψις, prætextum, commentitiam atque inanem & ſimulatam ſignificare. Quod diſcrimen ſi cui diſplicet, συνωνυμίαν & verba idem ſignificantia eſſe dicat. *Idem.*

P. 120. l. 5. Ἐκ τῶν πρὸς αὐτὰς ἐγκλημάτων] Ob criminata illata ſibi a Philippo, qui eos ut perfidos & fœdifragos criminatur, ob pacem nobiſcum factam. Si non πρὸς αὐτὰς, ſed πρὸς αὐτὸν legeretur; ſententia eſſet, propter injurias, quibus ſe ab eo affectos eſſe queruntur. *Idem.*

Ib. l. 8. Πεπόνθασιν] A πάσχω, vel antiquo verbo πένθω. Colligitur ex hoc loco, non inani ſuſpicione

picione impulſos Olynthios, pacem feciſſe cum Athenienſibus: ſed ex aliquibus ſibi factis injuriis perſpexiſſe Philippi mentem, graviora cogitantis. *Idem.*

Ib. l. 12. Εἰ γὰρ, ὅθ' ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες] Olymp. 105. Ann. 3. hoc eſt, novem annos ante habitam hanc orationem, Eubœa in duas factiones diſtracta fuit, quarum una Thebanorum, altera Athenienſium opem imploravit. Thebani principio, nullis obſtaculis intercedentibus, ſuæ parti victoriam facilè comparârunt. Adventu autem Athenienſium tota rerum facies immutata eſt. Ii Thebanos repellunt, omniaque in Eubœâ tranquillitati priſtinæ reſtituunt, nullam aliam laboris mercedem cupientes, præter gloriam quæ ex victoriâ & pacificatione ſibi proveniret. *Æſch.* in Cteſiph. *Tourrellus.*

Ib. l. 13. & ſeqq. Παρῆσαν Ἀμφιπολιτῶν Ἱέραξ καὶ Στρατοκλῆς ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα &c.] Legati peregrini, mandata ſua expoſituri, ſuggeſtum conſcendêre, quò melius a populo intelligerentur. Hierax & Stratocles Amphipoleos nomine, cui nova a Philippo obſidio imminebat, ſe ſuamque urbem in fidem & tutelam Athenienſibus offerebant; qui eos accipere noluerunt, veriti ſcilicet, ut pacem anno ſuperiore cum Philippo initam dirimerent. *Idem.*

P. 121. l. 2. Ὑμᾶς πλεῖν] In *Wolfian.* & *Ald.* ἐκπλεῖν: & ſic frequentiùs Demoſthenes.

Ib. l. 3. & ſeqq. Εἰ τὴν αὐτὴν παρειχόμεθ' ἡμεῖς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν προθυμίαν, ἥνπερ ὑπὲρ Εὐβοέων σωτηρίας] Tribus juxta Demoſthenem in Androt. diebus, quinque autem juxta Æſchinem in Cteſiph. parati ad hanc expeditionem erant Athenienſes, ejuſque proſper ſucceſſus non minùs repentinus erat, quàm apparatus. *Tourrellus.*

Ib. l. 7. Πραγμάτων] Ἀσχολιῶν, λυπῶν, δαπανῶν, πολέμων.

πολέμων. Amphipolitanum bellum conſtitiſſe Athenienſibus mille ducentis talentis, docet Ulpianus, plus ſextâ parte æſtimationis agri Attici, quæ fuit, ut in oratione περὶ ζυμμοριῶν legimus, ἑξακισχιλίων ταλάντων. Illud igitur verè fuit hamo aureo piſcari, quod & noſtrâ ætate factum meminimus. Demoſthenes Olynthiacâ ſecundâ [id eſt, primâ juxta nos] 1500 ταλάντων meminit, τῶν μάτην ἀνελωμένων. Bellum autem illud fuiſſe tam Philippo quàm Athenienſibus grave, tum ex Demoſthene conſtat, tum ex Iſocratis etiam noſtri Philippicâ. *Wolfius.*

Ib. l. 8. & ſeqq. Πύδνα, Ποτίδαια, Μεθώνη, Παγασαὶ] Vide notas ſuprà p. 223. 262.

Ib. l. 11. Ἐνὶ τῷ] In nonnullis ἐνί τῳ legitur, ut ſit pro τινί: ſic ſuprà, μέχρί τε, id eſt, τινός.

P. 122. l. 3. Αὐτόματα] Αὐτομάτως, ἀρχόντων ὑμῶν, καὶ διονυσιαζόντων, ἐν κρεανομίαις καταζώντων, καὶ χοροῖς· ἐῤῥιμμένων πρὸς τὴν δραχμὴν καὶ τὸ τριώβολον, ut Lucianus ait. *Wolfius.*

Ib. l. 10. Τῶν προτέρων] *Voſſ. Laud.* & *Ben.* α. ε. η. θ. πρότερον habent, quod magis Atticum eſt, & centies in Demoſthene occurrit. Sic Philipp. 3. τοῖς πρότερον: in Orat. pro Megalopolitis, τὴν πρότερον δύναμιν.

Sect. V.

P. 123. l. 3. Πολλὰ] Ut Amphipolim, Potidæam, Haloneſum, Cardiam (cujus quidem jactura graviſſima eſt: τῆς γὰρ Καρδίας ἀπολωλυίας οὐδὲν ἐστιν ὄφελος, καὶ τὰ ῥώμης) atque alia. *Wolfius.*

Ib. l. 10. Παρόμοιόν ἐστιν] Apta ſimilitudo. Nam & pecunia facillimè conſumitur, & rei benè gerendæ occaſio paulo momento elabitur. Vide ut non ſit ſimplex & quotidiana Demoſthenis oratio, ſed ſuis ornamentis in magnâ etiam brevitate & ſpecie ſimpli-

ſimplicitatis conſtet: ut collationibus contrariorum, occupationibus, ſimilitudinibus, ſententiis, exemplis illuſtretur. Potuiſſet enim ſic dicere: nos, cum agendæ eſſent Deo gratiæ, beneficiorum ejus ſumus immemores. *Idem.*

P. 124. l. 6. Εκβὰν] Ab ἐκβαίνει, *evenit.* Sic Cicero: *Id conſilium ita nobis probabatur, ut de eo homines ex eventu judicaturos videremus.* Idem. [Sic etiam Epiſt. ad Att. l. ix. Balbus ad Ciceronem: *Nedum hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex eventu, non ex voluntate, a pleriſque probari ſolent.* Atqui ſapientem (ut ait Cicero eodem libro Epiſt. 5.) ſemper cauſæ eventorum magis movent, quam ipſa eventa.]

Ib. l. 11. Εἰ ᾗ προησόμεθα] Iterum confert officii cultum & neglectum, atque utriuſque eventus: & in ipſam cauſæ arcem (ut Cicero loquitur) invadit: oſtendendo, non tam Olynthiorum, quàm Athenienſium ſalutem agi. *Idem.*

Ib. l. 14. Τί τὸ κωλῦον] Εμφατικώτερον quàm ſi dixiſſet, τί κωλύσει; τὸ κωλῦον βαδίζειν, prohibens; quod prohibeat ire, quò minùs eat. *Idem.*

SECT. VI.

P. 125. l. 2. Αρά γε λογίζεταί τις] Narratio hiſtorica rerum Philippi geſtarum, quâ credibile facere ſtudet, venturum eſſe Philippum in Atticam, id quod ſocordes Athenienſes non priùs credere potuerunt, quàm ad Chæroneam victi ſunt. Non tamen id apertè dicit, ſed ad diligentiam & negligentiam eam accommodat: quia non tam perterrefacere, quam expergefacere cives ſuos conatur, eorumque offenſionem cavet. *Idem.*

Ib. l. 5. Τὸ πρῶτον Αμφίπολιν λαβὼν] Vide notas ſupra, p. 233, & 284.

Ib. l. 8. Εἶτα Θετταλίας] Quaſi dicat: oppidis captis potentiſſimam nationem eſt aggreſſus, ut Iſocrates in oratione De Pace his verbis declarat: Θετταλοὶ μεγίστους πλούτους παραλαβόντες, καὶ δύναμιν μεγίστην καὶ πλείστην ἔχοντες. Et paulo poſt, ὄντων, inquit, αὐτοῖς πλέον ἢ τρισχιλίων ἱππέων, καὶ πελταστῶν ἀναριθμήτων. *Wolfius.*

Ibid. Θετταλίας ἐπέβη] Scilicet ab Aleuadis advocatus: quâ de re vide notas ſupra pag. 287. & Schol. infra p. 134. Quomodo autem ſe ibi geſſerit, noſter Philipp. iii. p. 68. declarat his verbis: Ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; Οὐχὶ τὰς πόλεις, καὶ τὰς πολιτείας αὐτῶν παρῄρηται, καὶ τετραδαρχίας κατέστησε παρ' αὐτοῖς; ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύωσιν.

Ibid. Φερὰς] Quinque aut ſex urbes erant nomine Φεραί: hæc Theſſaliæ urbs fuit, admodum nobilis, finis Pelaſgiotidis adverſus Magneſiam. Prope aberat a mari, utpote xc ſtadiis a Pagaſis, navale ſuo. *Strab.* lib. IX. Noſter Philipp. iii. p. 66. Καὶ μὴν καὶ Φερὰς, πρώτην ὡς φίλος καὶ σύμμαχος εἰς Θετταλίαν ἐλθὼν, ἔχει καταλαβών.

Ib. l. 9. Παγασὰς, Μαγνησίαν] De Pagaſis vide ſupra. Magneſia hæc alia Theſſaliæ urbs erat a *Magnete* Argi filio nomen ſortita. Duæ aliæ eodem nomine celebres fuere in Aſiâ minore civitates: una Cariæ ad fluvium Meandrum, altera Phrygiæ ad montem Sipylum.

Ib. l. 11. & ſeqq. Ἐκεῖ τοὺς μὲν ἐκβαλὼν, τοὺς δὲ καταστήσας τῶν βασιλέων] De hâc expeditione Diodorus ne verbum quidem. Juſtinus autem lib. viii. c. 3. refert, Philippum, circa tempus a Demoſthene deſignatum, in eam Thraciæ partem, quæ Chalcidica vocatur, trajeciſſe: ibique ſolitâ uſum perfidiâ, captiſque per dolum & occiſis finitimis regibus, univerſam provinciam imperio Macedoniæ adje-

adjeciſſe. In hoc autem loco librariorum negligentia, ne pejus dicam, Trogi textum deformavit, & pro *Chalcidicam* ſubſtituit *Cappadociam.* Mendum quidem pervetuſtum eſt, mendum tamen eſt nihilominus. Ptolemæus, Strabo, & Plinius, qui Thraciam accuratiſſimè deſcribunt, nullam prorſus hujus Cappadociæ mentionem faciunt, ut nec quicquam ex variis Hiſtoricis atque auctoribus qui de Philippo loquuntur. Neceſſariò igitur emendandus eſt hic locus. Bongarſius *Chalcidem* legendum vult: Faber autem *Chalcidicam*; quod ad *Cappadociam* propriùs accedit, ideoque præferendum eſt. Frontinus refert, Alexandrum, poſtquam Thraciam ſubegiſſet, ejus reges ad expeditionem Aſiaticam ſecum eduxiſſe, ne quid illi, abſente ſe, turbarent. Unde patet, Philippum & Alexandrum multos regulos, Macedoniæ tributarios, in Thraciâ conſtituiſſe. *Tourrellus.*

Ibid. Ἐκβαλὼν] Ut Terem & Cherſobleptem, ut apparet ex Philippi literis. *Wolfius.*

Ibid. Καταστήσας] Fuerunt etiam alii duo, ut ex Ariſtocrateâ oratione apparet, Ἀμάδοκος καὶ Βηρισάδης; quibus an verò aliis regna confirmavit, ego affirmare, propter hiſtoriæ ignorationem, non poſſum. Sicalci tamen regnum confirmâſſe videtur. *Idem.*

Ib. Schol. l. 12. Τοῦ δ' ὑπτιάζοντος] Supra βραδυτῆτα καὶ ἀσθένειαν καὶ ὑπτιότητα conjunxit, quibus opponit τὸ αὔξειν, καὶ ὑπερβολὴν τῆς δυνάμεως. Sed vide quomodo conſentiat hic locus cum illo ſuperiore Πύδνα, Ποτίδαια &c. [p. 12.] δοκοῦσι γὰρ οἱ λόγοι καταπαλαίειν τοὺς λόγους. Nec fortaſſis ejuſdem auctoris verba ſunt. *Idem.*

Ib. l. 14. Καὶ ἡ δοκοῦσα τοῦ λόγου κακία] Ἡ ὑπτιότης, *ſupinitas*, ut ita dicam, id eſt, tarditas, quâ oſtendit, lentè procedere res Philippi, & infirmas ejus eſſe opes. Dionyſius τὸ ὕπτιον καὶ διαβεβλημένον τῆς ἀγωγῆς in Iſocrate reprehendit. *Idem.*

P. 126. l. 1. Τὰς δὲ ἐπ' Ιλλυριὰς] Hodiè Sclavonii appellantur. Eos, Mons Scodrus ſive Scardus, & Drilo flumen, a Macedoniâ verſus Orientem ſeparabant. Anno, quo Phillipus imperium ingreſſus eſt, magnam ii de Perdicca ejus fratre victoriam reportârunt, pluresque ejus ditionis urbes cepêre. Philippus ſecundo regni ſui anno fratrem ulciſci voluit, quæque amiſerat Perdiccas recuperare. Itaque novus Rex decies mille pedites, equites autem ſexcentos in Illyridem introducit. Quo audito, Bardylis, Rex Illyriorum, miſſis legatis pacem Philippo offert, eâ ſcilicet lege, ut uterque, quæ loca in poteſtate tunc haberet, retineret. Philippus oblatis conditionibus nihil motus, pacem tamen non penitus rejecit, ſed eam ita ſe recipere velle ſignificavit, ſi Illyrii omnes quas in Macedoniâ tenebant urbes ei reſtituerent. Reverſis infecto negotio legatis, Bardylis in campum exercitum educit, confertâ acie profligatur, cum clade ſeptem mille hominum, ipſaſque denique coactus accipit, quas oblatas rejecerat, conditiones. *Diod.* [lib. xvi.] *Oroſ.* l. iii. c. 12. *Juſt.* l. vii. *Tourrellus.*

Ibid. Καὶ Παίονας] Pæones iidem ſunt ac Pannonii, quod ex pluribus auctoribus facilè probatur, atque ex hoc etiam loco confirmatur; quamvis aliter ſentiat Dio Caſſius lib. xlix. Zonaras : Οἱ Παννόνιοι νέμονται μὲν πρὸς τῇ Δαλματίᾳ. παρ' αὐτὸν δὲ τὸν Ἴςρον, ἀπὸ Νωρίκȣ μέχρι τῆς ἐν Εὐρώπῃ Μησίας, &c. πρὸς δὲ Ροδόπῃ καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τὸ τῶν Παιόνων ἔθνος ἐςί. Philipus anno regni ſecundo, bello Athenienſium liberatus, cum Agim Pæonum regem fato conceſſiſſe audiret, commodam ſibi Pæonas invadendi occaſionem oblatam exiſtimavit. Cum exercitu igitur Pæoniam ingreſſus, Barbaros acie vicit, gentemque deinceps parere Macedonibus coegit. Poſt hoc ad Illyrios, qui quidem Pannoniæ ſubjacent, profectus eſt. *Diod* lib. xvi.

Ib.

Ib. l. 2. Πρὸς Ἀρύμβαν] Arymbas, ſive Arybas, Alcetæ Moloſſorum, ſive Epiri, Regis filius erat, fraterque Neoptolemi, cujus natam Olympiadem Philippus uxorem duxit. Mortuo Alcetâ, inter fratres contentio orta eſt de imperio dividendo. Arymbas jus prioris ortûs aſſerebat, tum verò regni conſuetudinem, cui ex omni memoriâ ætatum unus tantummodo Rex fuerat. Ut hodiè, ita tunc etiam rationes impotentium arma erant, parúmque contra denſa militum agmina valebant. Neoptolemus ſe potentiorem eſſe ſenſit, lentiſque ratiocinationibus detineri noluit. Præcipuus ei, ac potiùs unicus, titulus erat generi ſui Philippi auxilium: qui minimè ei defuit, idque tandem effecit, ut, circiter tres annos ante habitam hanc Demoſthenis orationem, Arymbas regnum ſuum cum Neoptolemo partiri cogeretur: cujus rei nullum unquam, jam inde a principio ejus imperii a Pyrrho Achillis filio fundati, exemplum extiterat. Primam hanc injuriam gravior inſecuta eſt. Mortuo enim Arymba [Olymp. 109. ann. 3.] tam bene Philippo ſucceſsêre ejus vel minæ vel verſutiæ, ut Moloſſi Æaciden Arymbæ filium ac legitimum hæredem pellerent, & Alexandrum filium Neoptolemi totius Epiri ſolum regem conſtituerent. Juſtinus in ſuâ Trogi Epitome hanc genealogiam mutilat, ac ſeriem confundit: quæ quidem culpa pleriſque abbreviatoribus communis eſt, qui profectò, ut ignaviam ſublevent, ignorantiam alunt. Alexander primus Neoptolemi antiqui filius, Philippique non ſolùm uxoris frater, ſed gener etiam, cujus nempe natam Cleopatram uxorem duxit, Italiæ bellum intulit, ibique diem obiit ſupremum. Poſt eum Æacides ad majorum ſolium evectus in Epiro ſolus regnavit, regnumque filio ſuo reliquit, Pyrrho illi in Hiſtoriâ Romanâ tam celebri, magnique Alexandri ſo-

brino ab Alceta communi ipſorum proavo. *Pauſan.* in Att. *Plut.* in Pyrr. *Diod.* l. xvi. *Tourrellus.*

Ib. l. 4. Τί ἂν ἄν τις εἴποι] Ἀνθυποφορά. Conciliat autem hæc interrogatio, & orationi varietatem, quæ ad cavendum auditoris faſtidium aptiſſima eſt, & Ætiologiæ aditum præbet commodiorem. *Wolfius.*

Ib. l. 9. Συζῇ] *Cum qua vivit:* id eſt, quæ individua ejus comes eſt, in quâ omne ſuum ſtudium & ætatem conſumpſit: συμβιῶναι idem valet quod συζῆν. ut in oratione de Coronâ, ἐγὼ μὲν δὴ τοιαύτῃ συμβεβίωκα τύχῃ. *Idem.*

Ib. Schol. l. 29. Ταῦτα γὰρ] Legendum videtur ταῦτα γὰρ ἔχει Φίλιππος: vel, ταῦτα γὰρ ἴσμεν ἔχειν τὸν Φίλιππον.

P. 127. l. 8. & ſeqq. Δέδοικα, ὦ ἄ. Α. μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις] Athenienſes, magni fœneratores, nunquam exigebant ut pecunia credita tantùm ſibi in diem redderet. *Ariſtoph.* in Nub. Hujuſmodi fœneratores ἡμεροδανεισταὶ vocabantur. Perditum ivit ignavus debitor, qui conſtanter ſolvere omiſerit: nam uſura quotidie ſorti accedebat, atque deinceps fœnus pariebat. *Theoph.* περὶ Ἀπον. & περὶ Μικρολ. Ipſi etiam philoſophi iſtiuſmodi commerciis ſe immiſcebant, Chryſippus in Luciano demonſtrat, Philoſopho licere, non ſolùm uſuram exigere, verùm etiam uſuras uſurarum, quemadmodum ex unâ concluſione alteram infert. *Tourrellus.* [Vide *Petit.* in Leg. Att. lib. v. tit. 4.]

Ib. l. 11. Καὶ τῶν ἀρχαίων] Scholiaſtes ἐνεχύρα exponit. Suidas autem τὰ κεφάλαια τῶν τόκων. Neutra, ut videtur, interpretatio huic loco ſatis convenit. Rectiſſimè Budæus docet, τὰ ἀρχαῖα hìc ſignificare τὰ πατρῷα, vertitque: *paulo poſt etiam avitis bonis cedunt fœneratoribus.* Sic benè procedit ſimilitudo.

SECT.

SECT. VII.

P. 128. Schol. l. 31. Οὐ παντελῶς ἰδίαζον] Utrum κεφάλαιον ἰδίαζον, ἢ προοίμιον; Mihi utrumque obſcurum videtur, & neutrum ſatis placet. Malo tamen ad κεφάλαιον referre. Hoc enim velle puto, eum a capite alio tranſire ad aliud, ab illo non omnino abhorrens, ſed affine potiùs. *Wolſius.*

P. 129. l. 2. & ſeqq. Τὰς ὑστάτας περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε] Sic Cæſar in Salluſtio: *Plerique mortales poſtrema meminêre.* Tourrellus. [*Aldus* vocem ὑστάτας non agnoſcit.]

Ib. l. 4. & ſeqq. Οὐ μὴν οἶμαί γε δεῖν τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦντα] Oratores conſilia ſua præſtare tenebantur, quæ ſi non bene ſucceſſerint, injuſtiſſimos ſeditioſi populi impetus ſuſtinuerunt. Legimus Periclem neceſſe habuiſſe ſe purgare de Peſtilentiâ, quæ belli, cujus ille auctor fuerat, curſu per urbem ſævierat. *Idem.* [Vide *Plutar.* in Pericle, & *Thucyd.* lib. ii.

Ib. Schol. l. 15. Νουθετοῦντος καὶ λυσιτελοῦντος] Ex *Wolfii* conjecturâ lego, καὶ περὶ τοῦ λυσιτελοῦντος, quod etiam ſententia poſtulare videtur. Mox idem l. 33. legendum vult καιρῶν τε καὶ τρόπων, quod omnino non probo.

P. 130. 5. Ὑπομείνας τοῦτο] Quis verò Rex ita ſit immanis, ut alienæ ditionis cupiditate, vaſtari ſuam pateretur, Pericle tamen autore hoc fecerunt Athenienſes, ut Atticam ab Archidamo vaſtari paterentur, & ipſi interim, claſſe miſsâ, Peloponneſum infeſtarent, itaque Lacedæmonios domum revocarent. *Thucyd.* lib. ii. *Wolſius.*

Ib. l. 9. Προσκαθεδεῖται] Suprà Olynthiacâ ii. p. 84. ἐφορμεῖν τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς. Vide notas.

Ib. Schol. l. 6. Τὰ οἰκεῖα πάσχοντα] Rectiſſimè *Morellius* in var. lect. κακῶς πάσχοντα reponendum

vult. Sic infrà, τὴν πατρίδα αὐτοῦ κακῶς πάσχουσαν.

Ib. l. 16. Ἐν τῷ ἄνω πόλεις] Sine dubio hæc mendoſa ſunt: quænam enim eſt conſtructio ἐν τῷ ἄνω & πόλεις εἰπὼν, &c.? Certiſſimam emendationem ſuggerunt verba proximè ſequentia, ἐπὶ τῆς Ὀλυνθίας εἶπε, quam miror nec *Wolfium* neque *Morellium* animadvertiſſe.

Sect. VIII.

P. 131. l. 5. Οὐδενὶ τῶν ἄλλων] Ὑπερβολή. Non plus quàm Philippo, non plus quàm regi Perſarum. Sed reſpexit ad Græcos, quorum opes fuerunt tenues. *Wolfius.*

Ib. l. 11. & ſeqq. Σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι, καὶ ταῦτ' εἶναι στρατιωτικὰ &c.] Verſutiam & calliditatem oratoris hoc in loco omnes fere interpretes ſummoperè laudandas cenſuerunt. A quibus ita diſſentio, ut vix ſenſum communem in vulgatâ hujus loci interpretatione agnoſcam, verſutiam & calliditatem omnem me planè deſiderare fatear. ἀβλαβῶς, inquit, *Libanius*, ἅπτεται τῆς περὶ τούτου συμβουλῆς. Sed quomodo? Hac ſcilicet reſponſione, ὅτι οὐ γράφω ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά, ἀλλ' ἡγοῦμαι: *Non ego quidem hoc decerno, ſed decerni oportere* (repetendum enim eſt verbum δεῖν) *arbitror*. Quam putidum hoc & frigidum! Siccine Athenienſes litium forenſium & novarum rerum ſtudioſiſſimi quenquam ſe ludificari paterentur! At neque ipſum oratorem adeo inopem conſilii & rationis fuiſſe exiſtimo, ut vel infirmam plebem & humillimæ ſortis homunciones, nedum Æſchinem, Demadem, cæteroſque in adminiſtrandâ R. P. æmulos, tam nuda atque aperta fraude cir-

circumveniri poſſe ſperaret. Nec facile inducar ut credam tantum eſſe diſcrimen inter γράφω & ἡγοῦμαι. Etenim ſi capitis periculo ſe eripuiſſet ἐν τῷ μὴ ΓΡΑΦΕΙΝ; at certè, ἐν τῷ ΗΓΕΙΣΘΑΙ mulctæ, vel leviori cuidam ſupplicio ſe ſubjeciſſet. Scholiaſtes in locum: Σὺ, φησὶ, γράφεις τὰ θεωρικὰ εἶναι ϛρατιωτικά; Εἶτα λύει, ὅτι συμβουλεύω μὲν, οὐ γράφω δὲ, τὸν κίνδυνον εἰδὼς, καὶ τὸν Εὐβούλου νόμον μὴ ἀγνοῶν. Quâ igitur ratione vim legis, & vulgi rabiem eludere, ſuique defenſionem inſtituere potuiſſet orator, ſi in jus fuiſſet vocatus? Ambiguitate, ut mihi videtur, ſententiæ, quæ duplicem admittit interpretationem. Vel enim καὶ ταῦτ' εἶναι ϛρατιωτικὰ ſunt reddenda: *Has fieri militares:* vel potiùs aliâ ratione, *& propterea* (ταῦτα ſcilicet pro διὰ ταῦτα) *ſtipendia deſignari oportere.* Hanc eſſe veram hujus loci interpretationem ſatis oſtendunt, quæ ſequuntur. Ἔϛι δὴ λοιπὸν οἶμαι πάντας εἰσφέρειν, ἂν πολλῶν δέῃ, πολλά· ἂν ὀλίγων, ὀλίγα. Δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐϛι γενέσθαι τῶν δεόντων. Hoc genus Ellipſeos, quo ταῦτα pro διὰ ταῦτα ponitur, Atticis ſcriptoribus familiariſſimum eſt. *Ariſtoph.* in Pace, ver. 413, ταῦτ' ἄρα &c. ubi Schol. διὰ ταῦτα. Idem in Avibus, ver. 120. ταῦτ' οὖν, *propterea.* Idem in Nubibus, ver. 334. ταῦτ' ἄρα ubi Schol. λείπει ἡ διά. *Xenoph.* de Cyr. Inſtit. l. i. c. 26. ταῦτ' ἄρα — καὶ ἐνεώρας μοι: *propterea me aſpiciebas.* Si ambiguam hanc ſententiam duplici hâc ratione interpretemur, nec ſummum in oratore artificium, nec Atticam poſthac elegantiam deſiderabimus.

P. 132. l. 3. Καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι] Suprà Olynthiacâ ii. p. 108.—τὴν αὐτὴν τοῦ λαβεῖν, τοῦ ϛρατεύεσθαι, τοῦ δικάζειν, τοῦ ποιεῖν τοῦθ' ὅ,τι καθ' ἡλικίαν ἕκαϛος ἔχοι, καὶ ὅπου καιρὸς εἴη, τάξιν ποιήσας. *Harpocratio* de hoc loco: ἔλεγε δὲ ἑκάϛους φόρους συντάξεις, ἐπειδὴ χαλεπῶς

ἔφερον

ἔφερον οἱ Ἕλληνες τὸ τῶν φόρων ὄνομα, Καλλιςράτε ἔτω καλέσαντος, ὡς φησι Θεόπομπος ἐν δεκάτῳ Φιλιππικῶν. Ὑπερείδης Δηλιακῷ. Συύταξιν ἐν τῷ παρόντι ἐδενὶ διδόντες, ἡμεῖς δέ ποτε ἠξιώσαμεν λαβεῖν. Eadem fere habent *Suid.* & *Auctor Etymol.*

Ib. l. 10. Λέγεσι δὲ καὶ ἄλλες] His verbis & arrogantiam vitat, & Athenienſium facultatem auget. *Wolfius.*

Ib. Scol. l. 3. Ἀναλωθῆναι] *Wolfius* habet δεῖν ἀναλωθῆναι: quod certè rectius eſt.

Ib. l. 13. Συύταξίς ἐςι δύο πραγμάτων] Hæc vocis συύταξις expoſitio videtur nullum hìc locum habere poſſe. Potiùs cum *Harpocratione* interpretemur, ἀντὶ τε συντεταγμένη οἴκησις, vel, ex *Valeſii* conjectura, διοίκησις.

Ib. l. 17. Ὥσπερ καὶ ὁ ποιητὴς] Ιλ. Ε. ver. 586.

Ib. l. 20. Ἐντροπαλιζόμενος] Ιλ. Λ. ver. 546.

Sect. IX.

P. 133. l. 5. Οὔτε γὰρ, ὡς &c.] Vide Philippicam i. p. 11. & Olynthiacam i. p 56. & ſeqq.

Ib. Schol. l. 6. Πάντες χρήζετε] *Wolfius* rectiſſimè admonuit legendum eſſe πάντως: mox idem πολλ' ἀπώλεσαν, pro πολλές.

P. 134. l. 4. Τὰ τῶν Θετταλῶν] Ulpianus hìc argutias quærit. Sed ut dicimus, τὰ τῆς δικαιοσύνης, pro juſtitiâ: ſic etiam τὰ τῶν Θετταλῶν, dici puto pro Theſſalis. *Wolfius.*

Ib. l. 5. Ταῦτα γὰρ ἄπιςα μὲν ἦν δήπε φύσει] Theſſali ob perfidiæ crimen malè audiunt apud omnes auctores. Noſter in Ariſtocrateâ: ὑμεῖς μὲν, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, ἐδένα προδεδώκατε πώποτε τῶν φίλων. Θετταλοὶ δὲ ἐδένα πώποθ' ὅν τινα ἐ. Euripides: Πολλοὶ γὰρ ἦσαν, ἀλλ' ἄπιςοι Θετταλοί. Unde natum proverbium, ut Theſſala fides, de vanâ dicatur & fluxâ. Θετταλὸν σόφισμα,

σόφισμα, Theſſalum commentum; & Θεσσαλὸν νόμισμα pro adulterinâ pecuniâ. Ab Ariſtophane in *Plut.* ver. 521. etiam ἀνδραποδισαὶ appellantur. Vide *Schol.* ad voces καὶ γὰρ Παγασὰς, & *Schol.* ad Eurip. Phœniſſ. ver. 1429.

P. 136. l. 4. Δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κλήσασθαι χαλεπώτερον] *Xenoph.* Hiſt. Cyri lib. vii. Μέγα μὲν γὰρ οἶμαι, ἔργον καὶ τὸ ἀρχὴν καταπράξαι, πολὺ δ' ἔτι μεῖζον τὸ λαβόντα διασώσασθαι. Τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν, πολλάκις τῷ τόλμαν μόνον παρασχομένῳ ἐγένετο· τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν, οὐκέτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης, οὐδ' ἄνευ ἐγκρατείας, οὐδ' ἄνευ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται.

Ib. l. 7. Καιρὸν ἡμέτερον νομίσαντας] Sic Plancus ad Ciceronem: *Interim maximam hìc ſollicitudinem curamque ſuſtineo: ne, inter aliena vitia, hæ gentes* (Gallia citerior & ulterior) *noſtra mala ſuam putent occaſionem.* Wolfius.

SECT. X.

P. 138. l. 9. & ſeqq. Θηβαῖοι; Μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ἢ καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως] Thebani, juſtis de cauſis, quamcunque occaſionem ſe de Athenienſibus vindicandi avidè arrepturi erant. Ii enim non ſolùm poſt pugnas Leuctricam & Matinenſem Spartam defenderant, verùm etiam poſtea Phocenſibus auxiliati fuerant contra Thebanos belligerantibus. *Tourrellus.* [Vide notas ſuprà p. 331, & 332.]

Ib. l. 11. & ſeqq. Ἀλλὰ Φωκεῖς; Οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθήσηθ' ὑμεῖς] Per longum tempus re malè geſtâ in Bello Sacro, quod necdum erat finitum, Phocenſes valdè fuerant debilitati. Philomelus & Onomarchus duo præcipui ipſorum duces dudum infeliciter perierant. Phayllus, in eorum locum ſuffectus, multis prœliis

devictus

devictus fuerat. Phalecus, Onomarchi filius, & Phaylli ſucceſſor, non magis ſecundâ fortunâ utebatur; Thebanique perpetuò victoriam reportabant. Ita ut Phocenſes non ſuccumbere non potuiſſent, niſi iis Lacedæmonii atque Athenienſes frequenter auxilia miſiſſent. *Idem.* [Vide notas ſuprà p. 237.]

Ib. l. 13. Η ἄλλ☉ τις] Theſſalos tacuit, quia eos a Philippo eſſe alienos oſtendit. Quare propenſiores Athenienſium amicitiam videri poterant. Hactenus igitur oſtendit, Philippo non defore facultatem, Olyntho captâ, in Atticam invadendi. Nunc eum etiam velle probandum eſt. Voluntas enim & facultas, ut in omni genere actionum humanarum, ſic in conjecturis etiam & conſiliis dominantur. *Wolfius.*

Ib. Schol. l. 11. Οἱ πολέμιοι] *Wolfius* in margine habet ὡς, quod etiam *Morellius* reſcribendum eſſe admonuit: deinde *Wolfius* χώραν, quod planè rectius eſt.

P. 139. l. 1. Ἀγοπωλάτων] Refutatio ſumpta a ſigno. Ait ſe facturum: ergo vult. Sed multa dicuntur aliàs vanitate quâdam ingenii, aliàs certo conſilio, & terroris causâ. Quare hoc argumentum non perpetuò verum eſt, & in Philippicis certiores conjecturas affert Demoſthenes. *Wolfius.*

Ibid. Ἄνοιαν ὀφλισκάνων] Vide ſuprà p. 280.

Ib. l. 13. Δεδαπάνησθε] *Ald.* δεδαπάνηλε. *Wolf.* δεδαπάνηλαι.

P. 140. l. 1. Καὶ προσέςαι ἡ ὕβρις] *Aldus* προσέσθ' ſine ϗ legit. Ac omitti ϗ mihi non diſplicet: malim tamen προσέςαι futurum, quàm προσέςι præſens. *Wolfius.*

FINIS.

LIBRI excuſi Etonæ *apud* J. Pote.

I. THESAURUS GRÆCÆ POESEΩS; ſive Lexicon Græco-Prosodiacum; Verſus, et Synonyma (tam ad Explicationem Vocabulorum, quam ad Compoſitionem Poeticam pertinentia) Epitheta, Phraſes, Deſcriptiones, &c. (ad modum Latini *Gradûs ad Parnaſſum)* complectens. Opus in ſtudioſæ Juventutis Gratiam et Utilitatem, ex optimis quibuſque Poetarum Græcorum Monumentis, quæ adhuc prodierunt, nunc primum conſtructum. Cui præfigitur, de Poesi, ſeu Prosodia, Græcorum Tractatus. Ad finem adjuncta ſunt Vocabula, quorum in Syllabis de Quantitate aliquid ſit dubii, ex Carmine non ſatis noto, aut in eadem ſede diverſos pedes admittente—Notantur etiam Syllabæ Controverſæ, et Ancipites dictæ. Autore T. MORELL, S. T. P.

N. B. *The preſent Publication, begun and carried on at a great Expence, with a View to promote the Study of Polite Literature in our Univerſities and Great Seminaries of Learning, may be truly deemed an Original Work, and a new Acquiſition to the Republic of Letters; and which, beſides its peculiar Uſe in* Greek *Compoſition, contains an Explanation of more than a thouſand Words,* quæ hactenus erant ab aliis Lexicographis prætermiſſa.

II. POETÆ GRÆCI; ſive Selecta ex Poetis Græcis, *viz.* Homeri Odyſſ. Heſiodo, Theocrito, Callimacho, Apollon. Rhodio, Tyrtæo, Sapphone, Erinna,

Erinna, Mimnermo, Solone, Simonide, Theognide, Ione, Xenophane, Pindaro, Euripide, Bacchylide, Critia, Calliſtrato, Bione, Moſcho, Muſæo: Cum vulgata Verſione emendata, ac variis partim Scholiaſtarum Græcorum, partim Doctorum recentiorum Notis. *Etonæ*, 1771, 8vo. Pretium, 6s.

III. SCRIPTORES ROMANI, ſive Selecta ex Scriptoribus Romanis, *viz.* M. T. Cicerone, T. Livio, Corn. Tacito, C. Plinio, et Vell. Paterculo. Editio altera; *Etonæ*, 1765, 8vo. Pretium, 5s.

IV. HISTORIA GRÆCARUM et LATINARUM LITERARUM. J. Reinoldii, S. T. B. e B. Mariæ Etonenſis Regalis Collegii Sociis, Diſſertatio. Accedit ΗΡΟΔΟΤΟΣ ὁ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΥΣ περὶ ΟΜΗΡΟΥ Γενεσιος, Ηλικιης καὶ Βιοτης. Pretium, 5s.

N. B. *Solummodo* 250 *Exemplaria excuſa fuere.*

V. An ESSAY on the different Nature of ACCENT and QUANTITY, with their Uſe and Application in the ENGLISH, LATIN, and GREEK Languages: Containing Remarks on the METRE of the ENGLISH; on the Origin and ÆOLISM of the ROMAN; on the general Hiſtory of the GREEK, with an Account of its antient TONES, and a Defence of their preſent Accentual MARKS, againſt the Objections of *Iſaac Voſſius*, *Henninius*, *Sarpedonius*, Dr. *Gally*, and others. To which is ſubjoined the Greek Elegiac Poem of M. MUSURUS addreſſed to LEO X, with a Latin Verſion and Notes. The *Second Edition*, corrected and much enlarged, containing ſome Additions from the Papers of Dr. TAYLOR, and Mr. MARKLAND; Alſo, a REPLY to Dr. *Gally's Second*

Diſſertation

Diſſertation in Anſwer to the *Firſt Edition* of this Essay. By J. FOSTER, M. A. late Fellow of *King's College, Cambridge.* Eton. *Cal. Junii*, 1763, 8vo. Price 6s.

VI. SCRIPTORUM Ecclesiasticorum Historia Literaria; a Chriſto nato uſque ad Sæculum xiv. facili methodo digeſta. Autore Gulielmo Cave, S. T. P. Canonico Vindeſorienſi. Cum Appendicibus. Editio noviſſima, ab Autore ipſomet ante obitum recognita, et tertia fere parte auctior facta. *Oxonii*, e Theatro Sheldoniano, 1737. (*Impenſis verò et Curâ* J. Pote) 2 vol. folio. Pretium, 2l. 2s.

N. B. *The learned are deſired to take notice, that the Improvements and Additions made by the learned Author to this Edition, printed at the* Theatre in Oxford, *are greatly material, and make more than a fourth part of the whole Work: The preſent Edition has alſo received a farther Improvement, by large and uſeful Notes, and other* Addenda, *by the late Rev. Dr.* Waterland, *under whoſe immediate Direction it was printed; alſo by the Rev. Dr.* Chapman, *Dr.* Biſhop, *Dr.* Walker, *and other learned Gentlemen, who, for the Benefit of Learning, and from a due Regard to the Author, and this his moſt eſteemed and learned Work, intereſted themſelves in the preſent Publication.*

VII. EURIPIDIS MEDEA, Gr. Lat. cum Scholiis et Notis. 4to. Pretium 2s. 6d.

VIII. ARISTOPHANIS PLUTUS, Gr. Lat. cum Scholiis Selectis: Editio caſtigata, et ad uſum Studioſæ Juventutis accommodata. *Etonæ*, 1770, Pretium 2s. 6d.

7/22/36